 & n̄ cooperuistis me. Infirmus & in carcere
 & n̄ uisitastis me. Tunc respondebunt
 ei & ipsi dicentes. In̄e quando te uidi-
 mus esurientem aut sitientem aut ho-
 spitem aut nudum aut infirmum uel
 in carcere & n̄ ministrauimus tibi. Tunc
 resp̄ndebit illis dicens. Amen dico uobis
 quandiu n̄ fecistis uni de minoribus his
 nec m̄ fecistis. & ibunt hi in suppliciu
 eternum iustitiam autem in uitam eternam
 n̄ illo tempore. *TRA. III. SEdm̄ math̄m*
Cum intrasset d̄ ih̄c ierosolimam
 comota est uniuersa ciuitas dicens. Is est
 hic. Populi aut̄ dicebant. Hic est ih̄c
 propheta anazareth galilee. Et intrau-
 it ih̄c in templum d̄i & eiciebat om̄s uen-
 dentes & em̄tes in templo. & mensas numu-
 latorum & cathedras uendentiu colum-
 bas euerit & dicit eis. Scriptū ē. Domus

mea domus orationis uocabitur. Vos aut̄
 fecistis illam speluncam latronu. Et ac-
 cesserunt ad eum ceci & claudi in templo
 & sanauit eos. Videntes aut̄ principes sa-
 cerdotu & scribe mirabilia que fecit &
 pueros clamantes in templo & dicentes
 osanna filio dauid indignati sunt &
 dixerunt ei. Audis q̄d isti dicunt. Ihesus
 aut̄ dixit eis. Vtriq. Numquā legistis
 quia ex ore infantium & lactentium
 perfecisti laudem. & relictis illis
 abiit foras extra ciuitate in bethaniam.
 Ibi q̄ docebat eos de regno di-
TERIA. III. SEdm̄ math̄m
In illo tempore. Accesserunt ad o ih̄m
 scribe & pharisei dicentes. Magister uo-
 lumus a te signum uidere. Qui respon-
 dens ait illis. Generatio mala & adu-
 tera signu querit & signum n̄ dabitur ei. n̄
 signu ionę. Sicut enim fuit ionas in uen-
 tre ceti tribus diebus & tribus noctibus
 sic erit filius hominis in corde terre tribus
 diebus & tribus noctibus. Viri n̄n̄ uide-
 bunt in iudicio cum generatio ē ista
 & condemnabunt eam quia penitentia

egerunt in predicatione ione. & ecce
plusquam iona hic. Regina austri sur-
get in iudicio cum generatione ista. &
condemnat eam. quia uenit a finibus
terre audire sapientiam salomonis. &
ecce plusquam salomon hic. Cum autem
immundus spiritus exierit ab homine.
ambulat per loca arida. querens requiem.
& non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in
domum meam. unde exiui. & ueniens
inuenit eam uacantem. scopis mandata.
& ornatam. Tunc uadit & assumit. sep-
tem alios spiritus nequiores se. & intran-
tes. habitant ibi. & fiunt nouissima
hominis illius. peiora prioribus. Sic erit
& generationi huic pessime. Adhuc
eo loquente ad turbas. ecce mater eius
& fratres stabant foris. querentes loqui
ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater
tua & fratres tui foris stant. querentes
te. At ipse respondens. dicenti sibi au-
tue est mater mea. & qui sunt fratres
mei. & extendens manum in discipulos
suos dixit. Ecce mater mea. & fratres
mei. Quicumque enim fecerit uoluntatem

27
patris mei qui in celis est. ipse meus fra-
ter. & soror. & mater est. PERIA
in illo tempore. Sed in iohannem.
Dicebat dominus ihesus ad eos qui crediderunt
ei iudeos. Si uos manseritis in sermone
meo. uere discipuli mei eritis. Et cognos-
citis ueritatem. & ueritas liberabit uos.
Respondunt ei. Semper abrahe sumus. &
nemini seruiuimus unquam. Quomodo tu
dicis liberi eritis. Respondit eis ihesus. An
dico uobis. quia omnis qui facit pecca-
tum. seruus est peccati. Seruus autem non
manet in domo in eternum. Filius manet
in eternum. Si ergo filius uos liberauerit.
uere liberi eritis. Scio quia filii abrahe
estis. sed queritis me interficere. quia sermo
meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud
patrem loquor. & uos que uidistis apud
patrem uerum facitis. Respondunt. & di-
xerunt ei. Pater noster abraham est. Dicit eis
ihesus. Si filii abrahe estis. opera abrahe fa-
cite. Nunc autem queritis me interficere.
hominem qui ueritatem uobis locutus sum.
quam audiui a deo. Hoc abraham non fecit.
Uos facitis opera patris uiri. Dixerunt itaque ei

Nos ex fornicatione non sumus nati. unum
patrem habemus dñm. Dixit ergo eis ih̄s. Si
dñs pater uester esse. diligeretis utiq; me.
Ego enim ex dō processi & ueni. Neq; enī
ameipso ueni. sed ille me misit. Quare
loquelam meam n̄ cognoscitis. Quia n̄
potestis audire sermonem meū. Vos ex
patre diabolo estis. & desideria patris uiri
uultis facere. Ille homicida erat. ab ini-
cio. & in ueritate n̄ stetit. quia n̄ est ueri-
tas in eo. Cum loquitur m̄daciū. ex pro-
prio loquitur. quia m̄dax est & pat̄ eius.
Ego aut̄ quia ueritatē dico. n̄ creditis m̄.
Quis ex uobis arguē me de peccato. Si
ueritatē dico. quare uos n̄ creditis m̄.
Qui est ex dō. uerba dī audit. *sermo vi.*
n̄ illo temp̄. sed in ioh̄ano.
Erat dies festus iudeoy. & ascendit
dñs ih̄s ierosolimam. Est aut̄ ierosolimam
probatica piscina. que cognominat̄ he-
braice bethsaida. quinq; porticus habens.
In his iacebat multitudo magna languen-
tium. cecorum. claudoy. aridorū. expec-
tantū aque motum. Angelus aut̄ dñi
sedm̄ tempus descendebat in piscinam.

28
& mouebatur aqua. & qui prior descen-
disse in piscinam post motonē aque. sa-
nus fiebat. a quacumq; detinebatur in-
firmitate. Erat aut̄ quidam homo ibi.
triginta & octo annos habens in infirmi-
tate sua. Hunc cum uidisset ih̄s iacen-
tem. & cognouisset quia iam multum
tempus haberet. dicit ei. Vis sanus fieri.
Respondit ei languidus. Dñe. hominem
n̄ habeo. ut cum turbata fuerit aqua.
mittat me in piscinam. Dum uenio enī
ego. alius ante me descendit. Sic it̄ ei ih̄s.
Surge. tolle grabattum tuū & ambula.
& statim sanus factus est homo. & sustulit
grabattum suum. & ambulabat. Erat
aut̄ sabbatum in illo die. Dicebant ergo
iudei. illi qui sanus fuerat. Sabbatū est.
n̄ licet tibi tollere grabatū tuū. Respon-
dit eis. Qui me fecit sanum. ille m̄ dixit.
Tolle grabattum tuum. & ambula. Inter-
rogauerunt ergo eum. Quis est ille ho-
mo. qui dixit tibi. tolle grabattum tuū
& ambula. Is aut̄ qui sanus fuerat. ef-
fectus. nesciebat quis esse. Iesus autem
declinauit a turba. constituta in loco.

Postea inuenit eum ihs in templo & dicit
illi. Ecce sanus factus es. iam noti pecca
re. ne deterius tibi aliquid contingat.
Abiit ille homo & nunciavit iudeis quia
ihs esset. qui fecit eum sanum. *Sanctus*
in xij. lectionibus. Secm. mattheum.
In illo tempore. Assumpsit dñs ihs. petru
& iacobum & iohanne frēm eius & ducit
illos in montē excelsū seorsū. & trans
figuratus est eos. & respenduit facies eius
sicut sol. uestimta autē eius facta sunt al
ba sicut nix. Et ecce apparuit illis moy
ses & helyas. cum eo loquentes. Respondens
autē petrus dixit ad ihm. Dñe. bonum
est nos hic esse. Si uis. faciamus hic tria
tabernacula. Tibi unum. & moyse unū.
& helye unum. Adhuc illo loquente.
ecce nubes lucida imbrauit eos. & ecce
uox de nube dicens. Hic est filius meus
dilectus in quo m̄ bene complacui. ip
sum audite. & audientes discipuli ce
ciderunt in faciem suam & timuerunt
ualde. Et accessit ihs & tetigit eos.
dixit q̄ eis. Surgite & nolite timere.
Leuantēs autē oculos suos. neminem ui

derunt nisi solum ihm. *29*
& descendit
illis de monte. p̄cepit ihs dicens. Nemi
ni dixeritis uisionē. donec filius hominis
a mortuis resurgat.

dominica in quadragesima. Secm. mattheum.
In illo tempore. Egredus dñs ihs. se
cessit in partes thyri & sydonis. & ecce
mulier chananea a finibus illis egressa.
clamauit. dicens ei. Miserere mei dñe.
fili dauid. Filia mea male ademonio
ueratur. Qui n̄ respondit ei uerbū. &
accedentes discipuli eius. rogabant eum
dicentes. Dimitte eam. quia clamat p̄
nos. Ipse autē respondens ait. Non sum
missus. n̄ ad oues que pierunt domū isrl̄.
At illa uenit. & adorauit eum dicens.
Domine. adiuua me. Qui respondens.
ait. Non est bonum sumere panē filiorū.
& mittere canibus. At illa dixit. Etiam
dn̄e. Nam & cælli edunt de micis.
que cadunt de m̄sa dn̄oz suoz. Tunc
respondens ihs. ait illi. O mulier mag
na est fides tua. fiat tibi sicut uis. & sa
nata est filia eius. ex illa hora.
Septa. Secm. iohannem.

n illo tempore. Dixit dñs ihs turbis iu-
deorum. Ego uado & queretis me. & in
peccato ur̄o moriemini. Quo ego uado.
uos n̄ potestis uenire. Dicebant ergo iudei.
Numquid inficiat semetipsum. quia dicit
quo ego uado uos n̄ potestis uenire. &
dicebat eis. Vos de deorsum estis. ego de
sup̄nis sum. Vos de mundo hoc estis. ego
non sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis.
quia moriemini in peccatis ur̄is. Si enim
n̄ credideritis quia ego sum. moriemini
in peccato ur̄o. Dicebant ergo ei. Tu q̄s
es. Dicit eis ihs. Principium. qui & lo-
quor uobis. Ultra habeo de uobis loq̄.
& iudicare. S; qui misit me uerax est.
& ego que audiui ab eo. hec loquor in
mundo. & n̄ cognouerunt. quia patrē
eis dicebat dñm. Dixit ergo eis ihs. Cū
exaltaueritis filium hominis. tunc co-
gnosceritis quia ego sum. & a meipso facio
nichil. sed sicut docuit me pater. hec
loquor. & qui me misit mecum est. & n̄
reliquit me solum. Quia que placita
sunt ei. facio semper. **FERIA TERTIA.**
n illo tempore. *scdm matheum.*

20
Locutus est dñs ihs ad turbas. & ad disci-
pulos suos dicens. Sup̄ cathedrā moysi.
sederunt scribe & pharisei. Om̄ia ergo
quecumq; dixerint uobis. seruate & fa-
cite. Sedm̄ uero opera eorum. nolite fa-
cere. Dicunt enim & n̄ faciunt. Alligant
enim onera grauiā & importabilia in hu-
meros hominū. digito aut̄ suo nolunt
ea mouere. Om̄ia uero opera sua faciūt.
ut uideantur ab hominib;. Dilatant enī
phylacteria sua. & magnificant simbri-
as. Amant aut̄ primos recubitus in ce-
nis. & primas cathedras in synagogis. &
salutationes in foro. & uocari ab homi-
nibus rabbi. Vos aut̄. nolite uocari rab-
bi. Unus est enim magister uester. om-
nes aut̄ uos fratres estis. & patrē. nolite
uocare uobis sup̄ terram. Unus est enim
pat̄ uester. qui in celis est. Nec uocemini
magistri. quia magister uester unus
est xpc. Qui maior est ur̄m. erit mini-
ster uester. Qui aut̄ se exaltauerit. humili-
bitur. & qui se humiliauerit. exalta-
bitur. *scdm matheum.*
n illo tempore. A scendentib; ihesus

ierosolimam. Assumpsit duodecim disci-
pulos suos secrete & ait illis. Ecce ascen-
dimus ierosolimam & filius hominis tra-
detur principibus sacerdotum & scribis &
condemnabunt eum morte. & tradent
eum gentibus ad deludendum & fla-
gellandum & crucifigendum. Et tertia
die resurget. Tunc accessit ad eum ma-
ter filiorum zebedei cum filiis suis adorans
& petens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quis
uis. Ait illi. Dic ut sedeant hi duo fi-
lii mei unus ad dexteram tuam & unus
ad sinistram in regno tuo. Respondens
autem ihesus dixit. Nescitis quod petatis. Po-
testis bibere calicem quem ego bibiturus
sum. Dicunt ei. Possumus. Ait illis. Ca-
licem quidem meum biberitis. Sedere autem
ad dexteram meam uel sinistram non est
meum dare uobis. Sed quibus paratum est
a patre meo. & audientes decem in-
dignati sunt de duobus fratribus. Ille autem
uocauit eos ad se & ait. Scitis quia
principes gentium dominantur eorum & qui
maiores sunt potestatem exercent in
eos. Non ita erit inter uos. Sed quicumque

31
uoluerit inter uos maior esse. Sit uester
minister. & qui uoluerit inter uos primus
esse. erit uester seruus. Sicut filius ho-
minis non uenit ministrari sed ministra-
re. Et dare animam suam redemptionem
pro multis. **Feria V.** Secundum
in illo tempore. Dixit dominus ihesus iohannem
turbis iudeorum. Non possum ego ame-
ipso facere quicquam. Sicut audio iudicio
& iudicium meum uerum est. Quia non
quero uoluntatem meam sed uolunta-
tem eius qui misit me. Si ego testimo-
nium prohibeo de me. testimonium meum non
est uerum. Alius est qui testimonium
prohibet de me & scio quia uerum est
testimonium eius quod prohibet de me. Vos
misistis ad iohannem & testimonium
prohibuit ueritati. Ego autem non ab homi-
ne testimonium accipio. sed hec dico.
ut uos salui sitis. Iue erat lucerna ar-
dens & lucens. uos autem uoluistis exulta-
re ad horam in luce eius. Ego autem
habeo testimonium maius iohanne.
Opera enim que dedit mihi pater ut perficiam
ea ipsa opera que ego facio. testimonium

perhibent de me. quia pater me misit. &
qui misit me pater. ipse testimonium phi-
bet de me. Neque uocem eius unquam audi-
stis. neque speciem eius uidistis. & uerbum
eius non habetis in uobis manens. quia quem
misit ille. huic uos non creditis. Scrutamini
nisi scripturas. quia uos putatis in ipsis uitam
eternam habere. Et ille sunt. que testimo-
nium prohibent de me. & non uultis uenire
ad me. ut uitam habeatis. Claritatem
ab hominibus non accipio. sed cognoui uos.
quia dilectionem dei non habetis in uobis. Ego
ueni in nomine patris mei. & non accipitis
me. Si alius uenerit in nomine suo. illum
accipietis. Quomodo potestis uos credere. qui
gloriam ab inuicem accipitis. & gloriam que
a solo est deo non queritis. Nolite putare.
quia accusaturus sum uos apud patrem.
Et qui accuset uos. moyses in quo uos spe-
ratis. Si enim crederetis moysi. crederetis
forsitan & mihi. De me enim ille scrip-
sit. Si autem illius litteris non creditis. quomodo
uerbis meis crederetis. *ſc̄ia vi. ſc̄dm*
h̄ illo tempore. Dixit Mattheum.
Io. ih̄c discipulis suis & turbis iudeorum.

32
parabolam hanc. Homo erat patrifamilias
qui plantauit uineam. & septem circum-
dedit ei. & fodit in ea torcular. & edifi-
cauit turrim. & locauit eam agricolis.
& peregre profectus est. Cum autem tempus
fructuum appropinquasset. misit seruos
suos ad agricolas. ut acciperent fructus eius.
& agricole apprehensis seruis eius. alium ceci-
derunt. alium occiderunt. alium lapidauerunt.
Iterum misit alios seruos plures pri-
oribus. & fecerunt illis similiter. Nouus
sine autem misit ad eos filium suum dicens.
Reuerentur filium meum. Agricole autem
uidentes filium. dixerunt intrase. hic
est heres. Venite occidamus eum. &
habebimus hereditatem eius. & appre-
hensum eum. eiecerunt extra uineam.
& occiderunt. Cum ergo uenerit dominus
uinee. quod faciet agricolis illis. Aduertit
illi. Malos male p̄d̄e. & uineam suam
locabit aliis agricolis. qui reddant ei
fructum temporibus suis. Dicit illis ih̄c.
Numquam legitistis in scripturis. lapidem
quem reprobauerunt edificantes. hic fa-
tus est in caput anguli. a domino factus est

istud & est mirabile in oculis nostris. Ido
dico uobis quia auferetur a uobis regnū
di & dabitur genti facienti fructus eius.
Et qui ceciderit sup lapidem istum con-
fringeretur. Sup quem uero ceciderit con-
tere eum. & cum audissent pncipes sa-
cerdotum & pharisei parabolā eius cog-
nouerunt quod de ipsis diceret. & que-
rentes eum tenere timuerunt turbas.
Quia sicut prophā. eum habebant.

Sabbato. Secundum Iuā.
nullo tempore. Dixit d. ihs. discipulis.
parabolam hanc. Homo quidam habu-
it duos filios & dixit adolescentior ex il-
lis patri. Pater. dā mē portionē substanti-
e quae me contingit. & diuisit illi substan-
tiam. Et nō post multos dies congregatis
omnibus adolescentior filius peregre pro-
fectus est in regionē longinquā. & ibi
dissipauit substantiam suam uiuendo
luxuriose. & postquā omnia consumasse.
facta est fames ualida in regione illa &
ipse cepit egerē. Et abiit & adhaerit uni
cuiusdam regionis illius & misit illū in
uillam suam ut pasceret porcos. Et cu-

77
piebat implere uentrem suū de siliquis q̄s
porci manducabant. & nemo illi dabat.
Ipsē autē in se reuersus dixit. Quanti mer-
cennariū in domo patris mei habundant
panibus. ego autē hic fame pereor. Sur-
gam & ibo ad patrem meum & dicā ei.
Pater. peccaui in celum & coram te. &
iam non sum dignus uocari filius tuus.
fac me sicut unum de mercennariis tu-
is. & surgens uenit ad patrem suū. Cū
autē adhuc longe esset. uidit illū pater
ipsius & misericōdia motus est. Et accurrens
cecidit sup collum eius & osculatus est
eum. Dixit q̄ ei filius. Pater. peccaui
in celum & coram te. iam nō sum dignus
uocari filius tuus. Dixit autē pater ad
seruos suos. Cito proferte stolam p̄mā
& induite illum. & date anulum in ma-
nu eius & catriamita in pedes. & addu-
cite uirulum saginatum & occidite &
manducemus & epulemur. quia hic fi-
lius meus mortuus fuerat & reuixit. pe-
rierat & inuentus est. Erat autē filius
eius senior in agro. & cum uenire &
appropinquare domui. audiuit sym-

phoniam & chorum. & uocauit unum de
seruis & interrogauit que hec essent.
Is q̄ dixit illi. frater tuus uenit & oc-
cidit pater tuus utiulum saginatum.
quia saluum illum recepit. Indignat̄
est aut̄ & nolebat introire. Pat̄ ergo ill̄
egressus cepit rogare illum. At ille re-
spondens dixit patri suo. Ecce tot an-
nis seruis tibi & numquā mandatum
tuum p̄teruii & numquā dedisti hedū
ut cum amicis meis epularer. S; postquā
filius tuus hic qui deuorauit substan-
tiam suam cum meretricibus uenit. oc-
cidisti illi utiulum saginatum. At ipse
dixit illi. fili tu semp̄ mecum es &
omnia mea tua sunt. Epulari autem
& gaudere oportebat quia frater hic
mortuus erat & reuixit. Perierat & in-
uenus est. *Dominica iii. xl. me.*
n illo tempore. S. d. m. l. u. e. a. o.
Istat d̄ ih̄e ciciens demonium & il-
lud erat mutum. & cum ciecisset de-
monium locutus est mutus & ammi-
rate sunt turbe. Quidam aut̄ ex eis
dixerunt. In beelzebub p̄ncipe demoni-

24
orum cicit demonia. & alii temptantes.
signum de celo querebant ab eo. Ipse aut̄
ut uidit cogitationes eorum dixit eis.
Omne regnum in seipsum diuisum desola-
bitur & domus supra domum ca-
da. Si aut̄ & satanas in seipsum diuisus est. quo-
modo stabit regnum ipsius quia dicitur
in beelzebub cicare me demonia. Si aut̄
ego in beelzebub cicio demonia. filii uiri
in quo ciciunt. Ideo ipsi iudices uiri er̄.
Porro si in digito di cicio demonia. profec-
to peruenit in uos regnum di. Cum fix-
tis armatus custodit atrium suum. in pa-
ce sunt ea que possidet. Si aut̄ fortice
illo supueniens uicerit illum. uniuersa
arma eius auferet in quibus confidebat.
& spolia eius distribuēt. Qui n̄ est mecum.
aduersum me est. & qui n̄ colligit me
cum. dissipat. Cum immundus sp̄s exie-
rit ab homine. ambulat p̄ loca in aq̄sa
querens requiem. & n̄ inueniens dicit.
Reuertar in domum meā. unde exiui.
Et cum uenerit. inuenit scopis munda-
datam. & tunc uadit & assumit septē
alios spiritus nequiores se. & ingressi ha-

bitant ibi. Et sunt nouissima hominis il-
lius: peiora prioribus. Factum est autem cum
hec diceret: extollens uocem quedam mu-
lier de turba dixit illi. Beatus uenter
qui te portauit: & ubera que suxisti.
At ille dixit. Quinimmo beati qui audi-
unt uerbum dei & custodiunt illud.
In illo tempore. *Feria. II. Secundum.*
Dixerunt pharisei ad dominum iesum iudeum.
Quanta audiuimus facta in capharnaum:
fac & hic in patria tua. At autem dominus
ansit dicens uobis: quia nemo propheta accep-
tus est in patria sua. In ueritate dico
uobis: multe uidue erant in diebus
helye: in israhel quando clausum est
celum: annis tribus & mensibus sex: cum
facta esset fames magna in omni terra
& ad nullam illarum: missus est he-
lyas: nisi in sarepta sydonie ad mulie-
rem uiduam. Et multi leprosi erant in
israhel sub helyseo propheta: & nemo exiit
mundatus: nisi naaman syrus. Et
repleti sunt omnes in synagoga ista: hec
audientes. Et surrexerunt & eiecerunt il-
lum extra ciuitatem: & dixerunt illi:

35
usque ad superciliium montis supra quem ci-
uitas illorum erat edificata: ut precipita-
rent illum. Ipse autem transiens per medium
illorum ibat. *Feria. III. Secundum.*
In illo tempore. *MATTHEVS.*
Respicens dominus iesus in discipulos suos:
dixit symoni petro. Si peccauerit in
te frater tuus: uade & corripe eum in
te & ipsum solum. Si te audierit: lu-
cratus eris fratrem tuum. Si autem te
non audierit: adhibe tecum adhuc il-
lum unum uel duos: ut in ore duorum uel
 trium testium: stet omne uerbum. Quod
si eos non audierit: dic ecclesie. Si autem
ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethni-
cus & publicanus. Amen dico uobis: que-
cumque alligaueritis super terram: erunt
ligata & in celo. Et quecumque solu-
eritis super terram: erunt soluta & in celo.
Terum dico uobis: quia si duo ex uo-
bis consenserint super terram: de omni
re quamcumque petierint: fiet illis a pa-
tre meo: qui in celis est. Sibi enim sit
duo uel tres congregati in nomine
meo: ibi sum in medio eorum. Tunc

accedens petrus ad eum dixit. Dñe. quo
tiens peccabit in me in me frater m̄s.
& dimittam ei. **V**sq; septies. Dicit illi.
Non dico tibi usq; septies. sed usq; septu-
agies septies. **F**ERIA QUARTA. **S**ed in
n̄ illo tempore. **A**cceserunt **M**. **M**. **M**.
ad dñm ihm. ab ierosolimis scribe & pha-
risei. dicentes. Quare discipuli tui trans-
grediuntur traditionē seniceū. Non
enim lauant manus suas. cum panē
sac manducant. Ipse autē respondens.
ait illis. Quare & uos transgredimini
mandatum dī prop̄t traditionē urām.
Ham d̄s dixit. Honora patrem tuum &
matrem. & qui maledixerit patri uel
matri. morte moriatur. Vos autē di-
citis. quicumq; dixerit patri uel matri.
munus quodcumq; est ex me tibi pro-
derit. & n̄ honorificauit patrem suum
aut matrē. & irritum fecistis mandatu
dī. propter traditionem urām. **H**ypo-
chrite. bene prophetauit de uobis
ysaias dicens. Populus hic labiis me
honorat. cor autē eorū longe est a me.
Sine causa autē colunt me. docentes

36
doctrinas & mandata hominum. & con-
uocatis ad se turbis. dixit eis. Audite &
intelligite. Non quod intrat in os coin-
quinat hominē. sed quod procedit ex
ore hoc coinquinat hominē. Tunc ac-
cedentes discipuli eius. dixerunt ei. Scis
quia pharisei audito hoc uerbo scanda-
lizati sunt. At ipse respondens ait. Om-
nis plantatio quam n̄ plantauit pater
meus celestis. eradicabitur. Sinite illos.
ceci sunt. duces cecorum. Cecus autē si
ceco ducatum p̄ster. ambo in foueā ca-
dunt. Respondens autē petrus. dixit ei.
Edissere nobis parabolam istā. At ille di-
xit. Adhuc & uos sine intellectu estis.
Non intelligitis quia omne q̄d in os intrat
in uentrem uadit. & in secessum emit-
titur. Que autē procedunt de ore.
de corde exeunt. & ea coinquinant
hominē. De corde enim exeunt cogi-
tationes male. homicidia. adulteria.
fornicationes. furta. falsa testimonia.
blasphemie. **H**ec sunt. que coinquinant
hominē. Non lotis autē manibus man-
ducare. n̄ coinquinat hominem.

Item v. secundum iohannem
n illo tempore. Dixit dñs turbis. Opera
mini n̄ cibum qui perit. sed qui permanet
in uitam eternam. quem filius homi
nis dabit uobis. Hunc enim pater signa
uit dñs. Dixerunt ergo ad eum. Quod fa
ciemus. ut opemur opa dñi. Respondit
ih̄s. & dixit eis. Hoc est opus dñi. ut cre
datis in eum quē misit ille. Dixerunt
ergo ei. Quod ergo tu facis signum. ut
uideamus & credamus tibi. Quid opa
ris. Patres nr̄i manducauerunt man
na in deserto. sicut scriptum est. Panē
de celo dedit eis manducare. Dixit ergo
eis ih̄s. Amen am̄ dico uobis. n̄ moyses
dedit uobis panem de celo. sed pater
meus dat uobis panem de celo uerum.
Panis enim dñi est qui descendit de celo
& dat uitam mundo. Dixerunt ergo
ad eum. Dñe. semp da nobis hunc panē.
Dixit aut̄ eis ih̄s. Ego sum panis uitę.
Qui uenit ad me n̄ esuriet. & qui cre
dit in me. non sitiet umquam. fr̄a vi.
In illo tempore. secundum iohannē.
Uenit dñs ih̄s in ciuitatē samarie.

27
que dicitur sychar. iuxta predium qđ
dedit iacob ioseph filio suo. Erat autē
ibi fons iacob. Iesus aut̄ fatigatus ex iti
nere. sedebat sic sup fontem. Hora erat
quasi sexta. Venit mulier de samaria.
haurire aquam. Dicit ei ih̄s. Da michi
bibere. Discipuli enim eius abierant in
ciuitatem. ut cibos emerent. Dicit ergo
ei mulier illa samaritana. Quom̄ tu in
deus cum sis. bibere a me poscis. que
sum mulier samaritana. Non enim co
utuntur iudei samaritanis. Respondit
ih̄s & dixit ei. Si scires donum dñi. & qđ
est qui dicit tibi da m̄ bibere. tu forsi
tan petisses ab eo. & dedisset tibi aquā
uiuam. Dicit ei mulier. Dñe. neq; in
quo haurias habes. & puteus attus ē.
Unde ergo habes aquam uiuam. Nū
quid tu maior es patre nr̄o iacob qui
dedit nobis puteum. & ipse ex eo bibit.
& filii eius. & pecora eius. Respondit
ih̄s & dixit ei. Om̄s qui bibit ex aqua
hac. sitiet iterum. Qui aut̄ biberit
ex aqua quā ego dabo ei. non sitiet
in eternum. sed aqua quā dabo ei.

fiet in eo fons aque salientis in uitā eter-
nam. Dicit ad eum mulier. Dñe. dam-
hanc aquā ut n̄ sitiam. neq; ueniam
huc haurire. Dicit ei ihc. Vade uo-
ca uirum tuum. & ueni huc. Respon-
dit mulier & dixit. Non habeo uirū.
Dicit ei ihc. Bene dixisti. quia n̄ habeo
uirum. Quinq; enim uiros habuisti. &
nunc quem habes n̄ est tuus uir. Hoc
uere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe. ui-
deo quia propheta es tu. Patres nr̄i. in
monte hoc adorauerunt. & uos dici-
tis. quia iherosolimis est locus ubi ad-
orare oportet. Dicit ei ihc. Mulier.
crede michi. quia ueniet hora. quan-
do neq; in monte hoc. neq; in iheroso-
limis adorabitis patrem. Vos adoratis
quod nescitis. nos adoramus qd̄ scim⁹.
quia salus ex iudeis est. S; uenit hora
& n̄c est. quando ueri adoratores ado-
ratores adorabunt patre. in spū & ue-
ritate. Nam & pater tales querit. qui
adorent eum. Sp̄s est d̄s. & eos q̄ ado-
rant eum in spū & ueritate oportet ad-
orare. Dicit ei mulier. Scio q̄a messias

78
uenit. qui dicitur xp̄s. Cum ergo uenerit.
ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei ihs.
Ego sum. qui loquor tecum. & continuo
uenerunt discipuli eius. & mirabant̄ q̄a
cum muliere loquebatur. Nemo tam dixit.
quid queris. aut quid loqueris cum ea.
Reliquit ergo ydriam suam mulier. & abi-
it in ciuitatē. & dicit illis hominibus.
Venite & uidete hominē. qui dixit michi
omnia quecumq; feci. Numquid ipse est
xp̄s. Exierunt de ciuitate. & uenie-
bant ad eum. Interea rogabant eum di-
scipuli dicentes. Rabbi. manduca. Ille
aut̄ dixit eis. Ego cibum habeo mandu-
care. quē uos nescitis. Dicebant ergo di-
scipuli ad inuicem. Numq̄o aliquid
attulit ei manducare. Dicit eis ihc.
Meus cibus est ut faciam uoluntatem ei⁹
qui misit me. ut pficiam opus ei⁹. Non
ne uos dicitis. qd̄ adhuc quatuor men-
ses sunt. & messis uenit. Ecce dico uo-
bis. Leuate oculos uros. & uidete regio-
nes. quia albe sunt iam ad messem. &
qui metit mercedem accipit. & congre-
gat fructum in uitam et̄nam. ut & qui

seminat simul gaudeat & qui meret. In hoc enim est uerbum uerum. quia alius est qui seminat. & alius qui meret. Ego misi uos metere. quod uos non laborastis. Alii laborauerunt. & uos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum. propter uerbum mulieris testimonium perhibentis. quia dixit in omnia quecumque feci. Cum uenissent ergo ad illum samaritani. rogauerunt eum ut ibi maneret. & mansit ibi duos dies. & multo plures crediderunt propter sermonem eius. & mulieri dicebant. Quia iam non propter tuam loquelam credimus. ipsi enim audiimus & scimus. quia hic est uere saluator mundi. **Sabbato** secundum iohannem. in illo tempore. **P**erexit ihesus in montem oliueti. & diluculo iterum uenit in templum. & omnis populus uenit ad eum. & sedens. docebat eos. Adducunt autem scribae & pharisei mulierem in adulterio deprehensam. & statuerunt eam in medio. & dixerunt ei. Magister. hec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem. moyses mandauit nobis huius

modi lapidare. Tu ergo quid dicis. **Hec** autem dicebant temptantes eum. ut possent accusare eum. Ihesus autem inclinans se deorsum. digito scribebat in terra. Cum autem perseverarent interrogantes eum. erexit se & dixit eis. Quis sine peccato est uerum primus in illam lapidem mittat. & iterum se inclinans. scribebat in terra. Audientes autem. unus post unum ceabant. incipientes a senioribus. & remansit solus. & mulier in medio stans. Erigens autem se ihesus. dixit ei. Mulier. ubi sunt qui te accusabant. Nemo te condemnauit. **Quod** uero dixit. Nemo domine. Dixit autem ei ihesus. Nec ego te condemnabo. **Vade**. & amplius noli peccare. **dominica** iiii. in. **vi**. **ma** in illo tempore. **secundum**. **iohannem**. **A**bit dominus ihesus trans mare galilee quod est tyberiadis. & sequebatur eum multitudo magna. quia uidebant signa que faciebat. super his qui infirmabant. **Subit** ergo in montem ihesus. & ibi sedebat cum discipulis suis. **erat** autem proximum pascha. dies festus iudeorum. **Cum** subleualset ergo oculos ihesus. & uidisset quia multi

tudo maxima uenit ad eum. dicit ad philippum. Unde enim panes ut man-
ducent hi. Hoc aut dicebat temptans
eum. ipse enim sciebat quid esset facturus.
Respondit ei philippus. Ducentorum denari-
orum panes non sufficiunt eis. ut unusquisque
et modicum quid accipiat. Dicit ei unus
ex discipulis eius. andreas frater symonis
petri. Est puer unus hic. qui habet
quinque panes ordeaceos et duos pisces.
Sed hec quid sunt in ter tantos. Dixit
ergo ihesus. facite homines discumbere.
Erat aut fenum mutuum in loco. Discu-
buerunt ergo uiri. numero quasi quin-
que milia. Accipit ergo ihesus panes. Et
cum gratias egisset. distribuit discumben-
tibus. Similiter et ex piscibus. quantum
uolebant. Ut autem impleri sunt. di-
xit discipulis suis. Colligite que supra-
uerunt fragmenta. ne pereant. Collegerunt
ergo. et impleuerunt duodecim
cophinos fragmentorum. ex quinque panibus or-
deaceis. que supersuerunt his qui manduca-
uerant. Iam ergo homines cum uidissent
quod fecerat signum. dicebant. Inua hic

40
est uere propheta. qui uenturus est in mun-
dum. Feria sexta. Secundum iohannem.
in illo tempore. Prope erat pascha iudeorum.
et ascendit o ihesus ierosolamam. Et inuenit
in templo. uendentes boues. et oues. et co-
lumbas. et nummularios sedentes. Et cum
fecisset quasi flagellum de funiculis. omni-
eiecit de templo. Oues quoque et boues. et
numulariorum effudit eis. et mensas sub-
uertit. Et his qui columbas uendebant
dixit. Auferte ista hinc. et nolite face-
re domum patris mei. domum negotia-
tionis. Recordati uero sunt discipuli eius.
quia scriptum est. Zelus domus tue co-
medit me. Responderunt ergo iudei.
et dixerunt ei. Quod signum ostendis
nobis. quia hec facis. Respondit ihesus.
et dixit eis. Soluite templum hoc. et
in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt
ergo iudei. Quadraginta et sex annis edi-
ficatum est templum hoc. et tu tribus diebus
excitabis illud. Iue aut dicebat de tem-
plo corporis sui. Cum ergo resurrexisset
a mortuis. recordati sunt discipuli eius.
quia hoc dicebat. et crediderunt scrip-

tury & sermoni quem dixit ihs. Cum autē
esset ierosolimis in pascha in die festo multi
crediderunt in nomine eius uidentes signa
que faciebat. Ipse autē ihs nō credebat se-
metipsum eis. eo quod ipse nosset omnes. &
quia opus ei nō erat. ut quis testimonium
phibere de homine. Ipse enim sciebat.
quid esset in homine. **TERCIA TERTIA.**
n illo tempore. **Secundū iohannem.**
Iam die festo meditante. ascendit ihs
in templum. & docebat. & mirabantur
iudei dicentes. Quomō hie litteras scit.
cum nō didicerit. Respondit eis ihs. &
dixit. Mea doctrina nō est mea. sed ei
qui misit me. Siquis uoluerit uolunta-
tem eius facere. cognoscat de doctrina
utrum ex dō sit. an ego a me ipso loqr.
Qui a semetipso loquitur. glām propriam
querit. Qui autē querit glām eius qui mi-
sit illum. hic uerax est. & in iusticia in
illo nō est. Nonne moyses dedit uobis le-
gem. & nemo ex uobis facit legem. Id-
me queritis interficere. Respondit tur-
ba. & dixit. Demonium habes. Quis te
querit interficere. Respondit ihs. &

41
dixit eis. Unum opus feci. & omnes mirami-
ni. Propterea moyses dedit uobis circūci-
sionem. nō quia ex moyse est. sed ex patri-
bus. & in sabbato circūciditis hominē.
Sicut circūcisionem accipit homo in sabbato
ut nō soluatur lex moysi. michi indig-
namini quia totum hominē sanum fe-
ci in sabbato. Nolite iudicare scdm fa-
ciem. sed iustum iudiciū iudicate. Si-
cebant ergo quidam ex ierosolimis. Non-
ne hic est quem querunt interficere.
Ecce palam loquitur. & nichil ei dicunt.
Nunquid uere cognouerunt principes.
quia hic est xp̄s. Sed hunc scimus un-
de sit. xp̄s autē cum uenerit. nemo scit
unde sit. Clamabat ergo docens in tē-
plo ihs. & dicens. & me scitis & unde
sum scitis. & a me ipso nō ueni. sed est ue-
rus qui misit me. quem uos nescitis. Ego
autē scio eum. & si dixero quia nō scio
eum. ero similis uobis nō dixi. Sed scio
eum. quia ab ipso sum. & ipse me mi-
sit. Queriebant ergo eum apphendere.
& nemo misit in illum manus. quia nō
dum uenerat hora eius. De turba

autem multi crediderunt in eum.
n illo tempore. ^{secundum iohannem}
Preteriens dominus ihesus. uidit hominem nunc
cecum a natiuitate. Et interrogauit
eum discipuli sui. Rabbi. quis peccauit
hic. aut parentes eius. ut cecus nasceretur.
Respondit ihesus. Neque hic peccauit
neque parentes eius. sed ut mani
festentur opera dei in illo. Me oportet
operari opera eius qui misit me. donec
dies est. Venit nox. quando nemo po
test operari. Quandiu in mundo sum.
lux sum mundi. Hec cum dixisset.
expuit in terram. & fecit lutum ex spu
to. & linuit lutum super oculos eius.
& dixit ei. Vade laua in natatoria
syloe. quod interpretatur missus. Abi
it ergo & lauit. & uenit uident. Ita
que uicini. & qui uiderant eum prius.
quia mendiculus erat. dicebant. Non
ne hic est qui sedebat. & mendicabat.
Alii dicebant quia hic est. alii autem
nequaquam. sed similis est eius. Ille
uero dicebat. quia ego sum. Dice
bant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi

42
oculi. Respondit. Ille homo qui di
citur ihesus. lutum fecit ex spuito. & lini
uit oculos meos. & dixit mihi. Vade ad
natatoria syloe. & laua. & abi
ui. & uidi. Dixerunt ergo ei. Ubi est ille.
At. Nescio. Adducunt eum ad phari
seos. qui cecus fuerat. Erat autem sabba
tum. quando lutum fecit ihesus. & apuit
oculos eius. Iterum ergo interrogabant
eum pharisei. quomodo uidisset. Ille autem
dixit eis. Lutum posuit mihi super oculos.
& laui. & uideo. Dicebant ergo ex pha
riseis quidam. Non est hic homo ad
qui sabbatum non custodit. Alii dicebant
quomodo potest homo peccator hec signa
facere. & scisma erat inter eos. Vi
cunt ergo ceco iterum. Tu quid dicis
de eo qui apuit oculos tuos. Ille autem
dixit. quia propheta est. Non credidit
ergo iudei de illo. quia cecus fuisse.
& uidisset. donec uocauerunt paren
tes eius qui uiderat. & interrogauerunt
eos dicentes. Hic est filius uester. que
uos dicitis quia cecus natus est. Quo
modo ergo nunc uidet. Respondit

eis parentes eius & dixerunt. Scimus quia
hic est filius noster. & quia cecus natus est.
quom̄ aut̄ nō uideat nescim⁹. aut quis ei⁹
apuit oculos nos nescimus. Ipsum interro
gare. etatem habet. ipse de se loquatur.
Hec dixerunt parentes eius. quia timebāt
iudeos. Iam enim conspirauerant iudei.
ut si quis eum confiteretur xp̄m. extra
synagogam fieret. Propterea parentes ei⁹
dixerunt. quia etatē habet. ipsum inter
rogare. Vocauerunt ergo rursus ho
minē qui cecus fuerat. & dixerunt ei.
Da gl̄am dō. Nos scimus. quia hic homo
peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator
est nescio. unum scio. quia cecus eum
essem. modo uideo. Dixerunt ergo illi.
Quid fecit tibi. Quom̄ apuit tibi oculos.
Respondit eis. Dixi uobis iam. & audistis.
Quid iterum uultis audire. Numquid
& uos uultis discipuli eius fieri. Male
dixerunt ergo ei. & dixerunt. Eudi
scipulus eius sis. nos aut̄ moysi discipuli
sumus. Nos scimus. quia moysi locutus
est d̄s. Hunc aut̄ nescimus unde sit.
Respondit ille homo. & dixit eis. In hoc

43
enim mirabile est. quia uos nescitis unde sit.
& apuit meos oculos. Scimus aut̄. quia
peccatores d̄s nō audit. S; si quis di cultor
est. & uoluntatē eius facit. hunc exaudit.
A seculo nō est auditum. quia apuit quis oculos
ceci nati. Nisi esse hic a dō. nō poterat
facere quicquam. Respondentur. & dixerūt
ei. In peccatis natus est totus. & tu doces
nos. & eiecerunt eum foras. Audiuit ihs.
quia eiecerunt eum foras. & cum inue
nisset eum. dixit ei. Tu credis in filium
di. Respondit ille. & dixit. Quis est do
mine ut credam in eum. & dixit ei
ihs. Et uidisti eum. & qui loquit̄ tecū
ipse est. At ille ait. Credo dn̄e. & pro
cidens. adorauit eum. **Feria quinta**
n̄ illo tempore. Sed̄m iohannem.
Dixit ihs turbis iudeis. Pater m̄s
usq; modo opatur. & ego operor. Propte
rea ergo magis querebant eum iudei in
terficere. quia nō solum soluebat sabba
tum. sed & patrem suum dicebat d̄m.
equalem se faciens dō. Respondit itaq;
ihs. & dixit eis. An̄ am̄ dico uobis. non
potest filius a seipso facere quicquā nisi

quod uiderit patrem facientem. Quicumque enim ille fecerit. hec & filius similiter facit. Pater enim diligit filium. & omnia de monstrat ei que ipse facit. & maiora his demonstrabit ei opera. ut uos miremini. Sicut enim pater suscitatur mortuos & uiuificat. sic & filius quos uult uiuificat. Neque enim pater iudicat quemquam. sed omne iudicium dedit filio. ut omnes honorificent filium. sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium. non honorificat patrem qui misit illum. Amen. Amen dico uobis. quia qui uerbum meum audit. & credit ei qui misit me. habet uitam eternam. & in iudicium non uenit. sed transiit a morte in uitam. Amen dico uobis. quia uenit hora & nunc est. quando mortui audient uocem filii dei. & qui audierint uiuent. Sicut enim habet pater uitam in semetipso. sic dedit & filio uitam habere in semetipso. & potestatem dedit ei iudicium facere. quia filius hominis est. Nolite mirari hoc. quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt. audient uocem filii dei.

44
Et procedent qui bona fecerunt in refectionem uite. qui uero mala egerunt. in resurrectione iudicii. *secundum iohannem*
n illo tempore. *secundum iohannem*
Erat quidam languens lazarus abethania. de castello marie & marthe sororum. Maria autem erat. que unxit dominum unguento. & extersit pedes eius capillis suis. cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad iesum dicentes. Domine. ecce quem amas infirmatur. Audiens autem iesus dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem. sed pro gloria dei. ut glorificetur filius dei per eum. Diligebat autem iesus martham. & mariam sororem eius. & lazarus. Ut ergo audiuit quia infirmabatur. tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec. dicit discipulis suis. Comemus in iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi. nunc querent te iudei lapidare. & iterum uadis illuc. Respondit iesus. Nonne duodecim hore sunt diei. Siquis ambulauerit in die. non offendit. quia luce huius mundi uidet. Si autem ambulauerit in nocte. of-

fendit quia tunc non est in eo. Hec ait: & post
hoc dicit eis: Lazarus amicus noster dor-
mit: sed uado ut a somno suscitarem eum.
Dixerunt ergo discipuli eius: Domine: si dor-
mit saluus erit. Dixerat autem ihesus de
morte eius: illi autem putauerunt quia
de dormitione somni diceret. Tunc er-
go dixit eis ihesus manifeste: Lazarus mor-
tuus est: & gaudeo propter uos: ut creda-
tis: quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum.
Dixit ergo thomas qui dicitur didimus ad
condiscipulos: Eamus & moriamur
cum illo. Venit itaque ihesus: & inuenit
eum quatuor dies iam in monumento
habentem. Erat autem bethania iuxta
iherosolimam: quasi stadiis quindecim.
Multi autem ex iudeis uenerant ad mar-
tham & mariam: ut consolarentur eas
de fratre suo. Martha autem ut audiuit
quia ihesus uenit: occurrit illi. Maria
autem domi sedebat. Dixit ergo martha
ad ihesum: Domine: si fuisset hic: frater meus
non fuisset mortuus. Sed & nunc scio: quia
quicumque poposceris a deo: dabit tibi deus.
Dicit illi ihesus: Resurget frater tuus. Dicit:

45
ei martha: Scio: quia resurget in resurre-
ctione in nouissimo die. Dicit ei ihesus: Ego
sum resurrectio & uita. Qui credit in me:
etiam si mortuus fuerit: uiuet. & omnis
qui uiuit & credit in me: non morietur in
eternum. Credis hoc? Ait illi: Siquis
domine: Ego credidi quia tu es christus filius dei:
qui in hunc mundum uenisti. & cum
hec dixisset: abiit & uocauit mariam soro-
rem suam silentio dicens: Magister adest:
& uocat te. Ista ut audiuit: surgit cito
& uenit ad eum. Non dum enim uene-
rat ihesus in castellum: sed erat adhuc in
illo loco ubi occurrerat ei martha. Iudei
igitur qui erant cum ea in domo: & con-
solabantur eam: cum uidissent mariam:
quia cito surrexit: & exiit: secuti sunt
eam dicentes: quia uadit ad monumentum:
ut plorat ibi. Maria ergo cum uenisset
ubi erat ihesus: uidens eum: cecidit ad
pedes eius: & dixit ei: Domine: si fuisset hic:
non essem mortuus frater meus. Ihesus ergo
ut uidit eam plorantem: & iudeos qui
uenerant cum ea plorantes: infremuit
spiritu: & turbauit seipsum: & dixit: Sibi

posuisti eum. Dicunt ei. Dñe. ueni & uide.
¶ Lacrimatus est ih̄c. Dixerunt ergo iudei.
Ecce. quom̄ amabat eum. Quidam aut̄ ex
ipsis dixerunt. Non poterat hic qui ape-
ruit oculos cec̄i. facere. ut & hic ñ morere-
tur. Ih̄c ergo rursus tremens in semetipso.
uenit ad monumentum. Erat autem spelunca.
& lapis suppositus erat ei. ait ih̄c. Tollite
lapidem. Dicit ei martha. soror eius qui ma-
tuis fuerat. Dñe. iam feret. quatruiduanus
enim est. Dicit ei ih̄c. Nonne dixi tibi. qm̄
si credideris. uidebis gl̄am d̄i. Tulerunt
ergo lapidem. Ih̄c aut̄ eleuatis sursum ocu-
lis dixit. Pater. gr̄as ago tibi. qm̄ audisti
me. Ego aut̄ sciebam quia semp me audis.
sed propter populum qui circumstat di-
xi. ut credant. qui ^{at} me misisti. Hec cum
dixisset. uoce magna clamauit. Lazare.
ueni foras. & statim prodit qui fuerat
mortuus. ligatus pedes & manus institis.
& facies illius sudario erat ligata. Dicit
eis ih̄c. Soluite eum. & sinite abire. Tul-
ti ergo ex iudeis qui ueniant ad mariã
& uiderant que fecit ih̄c. crediderunt
in eum. *Sabbato scdm̄ lucam.*

46
nullo tempore. Dixit d̄ ih̄c turbis. Ego sum
lux mundi. Qui sequitur me ñ ambulat
in tenebris. sed habebit lum̄ uitę. Dixerunt
ergo ei pharisei. Tu de templo testimoniu
phibes. testimonium tuum ñ est uerũ. Re-
spondit ih̄c. & dixit eis. & si ego testimo-
nium phibeo de meipso. uerũ est testimo-
nium meum. quia scio unde ueni. & quo
uado. Vos aut̄ nescitis unde uenio. aut q̄
uado. Vos scdm̄ car- nem iudicatis. ego
ñ iudico quemquã. & si iudico ego.
iudicium meum uerum est. quia solus
ñ sum. sed ego. & qui misit me p̄t̄r. & in
lege ur̄a scriptum est. quia duce homi-
num testimonium uerum est. Ego sum
qui testimoniu phibeo de meipso. & testi-
moniu phibe de me qui misit me pater.
Dicebant ergo ei. Vbi est p̄t̄r tuus. Re-
spondit ih̄c. Neq; me scitis. neq; patre
meum. Si me sciretis. forsitan & patre
meum sciretis. Hec uerba locutus ẽ ih̄c
in gazophilatio. docens in templo. Et
nemo apprehendit eum. quia necdum
uenerat hora eius. *dominica quinta
in passione dñi. scdm̄ iohannem.*

In illo tempore: Dixit. d. ihc turbis iudeorum.
& principibus sacerdotum. Quis ex uobis ar-
guet me de peccato. Si ueritatem dico. quare
uos non creditis mihi. Qui est ex deo. uerba dei au-
dit. Propterea uos non audistis. quia ex deo non
estis. Respondentur. igitur iudei. & dixerunt
ei. Nonne bene dicimus nos. quia sama-
ritanus es tu. & demonium habes. Respon-
dit ihc. Ego demonium non habeo. sed hono-
rifico patrem meum. & uos inhonorastis
me. Ego autem. patrem non quero gloriam me-
am. est qui querat. & iudicet. Amen. amen dico
uobis. si quis sermonem meum seruauerit.
mortem non uidebit. in eternum. Dixerunt
ergo iudei. Nunc cognouimus. quia de-
monium habes. Abraham mortuus est
& prophete. & tu dicis. si quis sermonem
meum seruauerit. mortem non gustabit. in
eternum. Numquid tu maior es patre
nostro abraham qui mortuus est. Et pro-
phete. mortui sunt. Quem teipsum facis.
Respondit ihc. Si ego glorifico meipsum.
gloria mea nichil est. Est pater meus qui
glorificat me. quem uos dicitis quia deus
noster est. & non cognouistis eum. Ego autem

49
noui eum. Et si dixero quia non scio eum.
ero similis uobis mendax. Sed scio eum.
et sermonem eius seruo. Abraham pater uir
exultauit ut uideret diem meum. & ui-
dit & gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad
eum. Quinquaginta annos nondum ha-
bes. & abraham uidisti. Dixit eis ihesus.
Amen dico uobis. antequam abraham fieret
ego sum. Vulerunt ergo lapides. ut iace-
rent in eum. Ihesus autem abscondit se. & exi-
uit de templo. **Feria. 11. Secundum.**
In illo tempore. Miserunt iohannes
principes & pharisei ministros. ut appre-
henderent dominum iesum. Dixit ergo eis ihc.
Adhuc modicum tempus uobiscum sum.
& uado ad eum qui misit me. In ueritate
& non inuenietis. & ubi sum ego uos non potestis
uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetip-
sos. Quo hic iturus est. quia non inueniemus
eum. Numquid in dispersionem gentium iturus
est. & docturus gentes. Quis est hic ser-
mo quem dixit. queretis me & non inueni-
etis. & ubi sum ego. uos non potestis uenire.
In nouissimo autem die magne festiuitatis.
stabat ihc. & clamabat dicens. Si quis

fitit. ueniat ad me & bibat. Qui credit
in me. sicut dicit scriptura. flumina de
ventre eius fluent aque uing. Hoc aut
dixit de spu. quem accepturi erant. cre
dentes in eum. *secia. ut. Secundum.*
In illo tempore. Ambulabat iesus.
dn̄s ih̄c in galileam. Non enim uolebat
in iudeam ambulare. quia querebant
eum iudei interficere. Erat aut in praxi
mo dies festus iudeorū. scenophagia. Dixe
runt aut fratres eius. Transi hinc & ua
de in iudeam. ut & discipuli tui uide
ant opa tua que facis. Nemo quippe in
occulto aliquid facit. & querit ipse in pa
lam esse. Si hec facis manifestas teipsum mun
do. Neq enim fratres eius credebant in eū.
Dicit ergo eis ih̄c. Tempus meum nondū
aduenit. tempus autem utriusq; semp est
paratum. Non potest mundus odisse uos.
Me autem odit. quia ego testimonium
phibeo de illo. quia opa eius mala sunt.
Sos ascendite ad diem festum hunc. ego
enim n̄ ascendam ad diem festum istū.
quia tempus meum n̄ dum implem
est. hoc cum dixisset. ipse mansit in ga

48
lilea. Et aut ascenderunt fratres eius. tē
& ipse ascendit ad diem festum. n̄ mani
feste. sed quasi in occulto. Iudei ergo que
rebant eum in die festo. & dicebant. Ubi
est ille. & murmur multus erat de eo
in turba. Quidam enim dicebant quia
bonus est. alii aut non. sed seducit tur
bas. Nemo tam palam loquebat de illo.
Ipropter metum iudeorū. *secia. ut.*
n̄ illo tempore. *Secundum iohannem.*
Facta sunt encenia in iherosolimis. &
yemph erat. & ambulabat dn̄s ih̄c in tē
plo. in porticu salomonis. Circundede
runt ergo eum iudei. & dicebant. Quo
usq; animā nr̄am tollis. Si tu es xp̄c. dic
nobis palam. Respondit eis ih̄c. Ego que
uouis. & n̄ creditis. Opera que ego facio.
in nomine patris mei. hec testimonium
phibent de me. Sed uos n̄ creditis. quia
n̄ estis ex ouibus meis. Oues meę uocem
meam audiunt. & ego cognosco eas. & se
quunt me. & ego uitam et̄nam do eis.
& n̄ peribunt in eternum. Et n̄ rapiet
eas quisquā de manu mea. Pater meus
qd̄ dedit m̄ maius omnib; est. & nemo po

test rapere de manu patris mei. Ego & pater
unum sumus. Sustulerunt lapides iudei
ut lapidarent eum. Respondit eis ihc. Iu-
ta opera bona ostendi uobis ex patre meo.
Propter q̄o eorum opus me lapidatis. Re-
sponderunt ei iudei. De bono opere non
lapidamus te. sed de blasphemia. & quia
tu homo cum sis. facis teipsum dñm. Re-
spondit eis ihc. Nonne scriptum est in
lege ur̄a. quia ego dixi dñi estis. Si illos
dixit de eos. ad quos sermo di factus est &
n̄ potest solui scriptura. quē pat̄ sc̄ificauit
& misit in mundum. uos dicitis. quia blas-
phemas. quia dixi filius di sum. Si non
facio opera patris mei. nolite credere in
si aut̄ facio. & si in n̄ multis credere. opi-
bus credite. **S**t cognoscatis & credatis.
quia in me est pater. & ego in patre.
n̄ illo tempore. **FERIA V. S c d m**
Cum audissent de turba iohannem.
quidam sermones dñi ihu. dicebant.
Hic est uere propheta. Alii dicebant. hic
est xpc. Quidam aut̄ dicebant. Numq̄o
a galilea xpc uenit. Nonne scriptura
dicit. quia ex semine dauid & de beth

119
leem castello ubi erat dauid. uenit. xpc
Dissentio itaq; facta est in turba. prop̄-
eum. Quidam aut̄ ex ipsis uolebant
apprehendere eum. sed nemo misit sup̄
illum manus. Venerunt aut̄ ministri
ad pontifices & phariseos. & dixerunt
eis illi. Quare n̄ adduxistis illum. Re-
sponderunt ministri. Numquā sic
petrus habens gladium. eduxit eum. &
percussit pontificis seruum. & abscidit ei
auriculam dextram. Erat autē nomen
serui mathus. Dixit autē ih̄e petro. Mit-
te gladium in uaginam. Cohors ergo
& tribunus. & ministri iudeorū. compre-
henderunt ih̄m. & ligauerunt eum. &
adduxerunt eum ad annā primum.

73
Erat autē annas. sacer cap̄ph̄. qui erat
pontifex anni illius. Erat autē cap̄phas.
qui consilium dederat iudeis. quia expe-
dit unum hominē mori pro populo. Se-
quebatur autē ih̄m symon petrus. & alius
discipulus. Discipulus autē iste. erat notus
pontifici. & introiuit cum ih̄u in atriu
pontificis. Petrus autē stabat ad ostium
foris. Exiit ergo discipulus alius qui
erat notus pontifici. & dixit ostiario. &
introduxit petrum. Dicit ergo petro an-
nalla ostiaria. Numquid & tu ex disci-
pulis es hominis istius. Dicit ille. Non
sum. Stabant autē serui & ministri ad
prunas quia frigus erat. & calefebant.
Erat autē cum eis & petrus. stans & calefa-
ciens se. Pontifex ergo interrogauit ih̄m
de discipulis suis. & de doctrina eius.
Respondit ei ih̄e. Ego palam locutus sum
mundo. Ego semp̄ docui in synagoga. &
in templo. quo om̄s iudei conueniunt. &
in occulto locutus sum nichil. Quid me
interrogas. Interroga eos qui audiunt.
quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt.
que dixerim ego. Hec cum dixisset. un-

assistens ministrorum. dedit atapam ihu
dicens. Sic respondes pontifici. Respon
dit ei ihs. Si male locutus sum. testimo
nium phibe. de malo. Si aut bene. qd
me cecidit. & misit cum annas ligatum
ad caypham pontificem. Erat aut symon
petrus. stans & calefaciens se. Dixerunt
ergo ei. Numquid & tu ex discipulis ei
es. Negavit ille & dixit. Non sum. Di
xit ei unus ex servis pontificis. cognatus
eius. cuius abscidit petrus auriculam.
Nonne ego te vidi in orto cum illo. He
rum ergo negavit petrus. & statim gal
lus cantavit. Adducunt aut ihm a
caypha in pretorium. Erat aut mane.
& ipsi non introierunt in pretorium. ut non
contaminarent. sed manducarent pa
scha. Exiit ergo pilatus ad eos foras.
& dixit. Quam accusationem afferis ad
uersus hominem hunc. Responderunt
& dixerunt ei. Si non esse hic malefactor.
non tibi tradidissimus eum. Dixit ergo
eis pilatus. Accipite eum uos. & secundum
legem uestram iudicate eum. Dixerunt
ergo iudei. Nobis non licet interficere

74
quemquam. Ut sermo ihu impleretur que
dixit. significans qua esse morte mori
turus. Introiit ergo iterum pilatus in
pretorium. & uocauit ihm. & dixit ei.
Tu es rex iudeorum. & respondit ihesus.
& renatus hoc dicens. an alii tibi dixerunt
de me. Respondit pilatus. Numquid
ego iudeus sum. Quis tua & pontifices
tradiderunt te mihi. Quid fecisti. Respon
dit ihs. Regnum meum non est de hoc mundo
Si ex hoc mundo esse regnum meum. mi
nistri mei utique decertarent. ut non trade
ret iudeis. Nunc autem regnum meum
non est hinc. Dixit itaque ei pilatus. Ergo
rex es tu. Respondit ihs. Tu dices quia
rex sum ego. Ego in hoc natus sum. &
ad hoc ueni in mundum. ut testimoni
um perhibeam ueritati. Omnis qui est
ex ueritate. audit meam uocem. Sicut
ei pilatus. Quid est ueritas. & cum hoc
dixisset. iterum exiit ad iudeos & di
xit eis. Ego nullam inuenio in eo cau
sam. Est autem consuetudo. ut unum
dimittam uobis in pascha. Vultis er
go dimittam uobis regem iudeorum.

Et clamauerunt euntem omnes dicentes: Non
 hunc sed barrabam. Erat autem barra-
 bas latro. Tunc apprehendit pilatus ihm-
 & flagellauit. Et milites plectentes coro-
 nam de spinis imposuerunt capiti eius
 & ueste purpura circumdederunt eum.
 Et ueniebant ad eum & dicebant. Aue-
 rex iudeorum. Et dabant ei alapas.
 Erat iterum pilatus foras & dicit eis. Ecce
 adduceo uobis eum foras ut cognosca-
 tis quia in eo nullam causam inuenio.
 Erat ergo ihesus portans spinam coronam
 & purpuram uestimentum. Et dicit eis.
 Ecce homo. Cum ergo uisissent eum pon-
 tifices & ministri clamabant dicentes.
 Crucifige crucifige eum. Dicit eis pilatus.
 Accipite eum uos & crucifigite. Ego enim
 non inuenio in eo causam. Responderunt
 ei iudei. Nos legem habemus & secundum
 legem debet mori quia filium dei se fecit.
 Cum ergo audisset pilatus hunc sermo-
 nem magis timuit. Et ingressus est pre-
 torium iterum & dicit ad ihm. Unde
 es tu? Ihesus autem responsum non dedit
 illi. Dicit ei pilatus. Michi non loqueris.

Non esis quia potestatem habeo crucifigere
 te & potestatem habeo dimittere te.
 Respondit ihesus. Non haberes potestatem
 aduersum me ullam nisi tibi datum esset
 desuper. Propterea qui tradidit me tibi
 maior peccatum habet. Et exinde que-
 rebat pilatus dimittere eum. Iudei autem
 clamabant dicentes. Si hunc dimittis
 non es amicus cesaris. Omnis qui se regem facit
 contradicit cesari. Pilatus autem cum au-
 disset hos sermones adduxit foras ihm.
 Et sedit pro tribunali in loco qui dicitur
 lythostriathos ebraice autem gabatha. Erat
 autem pasche hora quasi sexta.
 Et dicit iudeis. Ecce rex uostri. Illi autem clama-
 bant. Tolle tolle crucifige eum. Dicit
 eis pilatus. Regem uostrem crucifigam. Re-
 sponderunt pontifices. Nos non habemus
 regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit
 eis illum ut crucifigeretur. Susceperunt
 autem ihm & eduxerunt. Et baiulans sub
 crucem exiit in eum qui dicitur calua-
 rie locum ebraice golgotha ubi eum
 crucifixerunt. Et cum eo alios duos
 hinc & inde medium autem ihesum.

Scriptit autē & titulum pilatus. & posuit
sup̄ crucem. Erat autē scriptum. ihe
narenus rex iudeoy. Hunc ergo titulū
multi legerunt iudeorum. quia prope
ciuitatē erat locus ubi crucifixus est
ihe. Et erat scriptū ebraice. grece. &
latine. Dicebant ergo pilato pontifices
iudeorum. Nōli scribere rex iudeoy.
s; quia ipse dixit. rex sum iudeoy. Rē
spondit pilatus. Qd̄ scripsi. scripsi. Mil
ites ergo cum crucifixissent eum. acce
perunt uestimēta eius. & fecerunt quatuor
partes. unicuiq; militi partē. & tunicā
erat autē tunica inconsutis. desup̄ con
texta p̄ totum. Dixerunt ergo ad inuicē.
Nō scindam⁹ eam. s; sortiamur de illa cui⁹
sit. Ut scriptura impleatur dicens. Parti
ti sunt uestimēta mea sibi. & in uestē meā
miserunt sortem. Et milites quidē hec
fecerunt. Stabant autem iuxta crucē
māter eius. & soror matris eius ma
ria cleophe. & maria magdalene. Cum
uidisset ergo ihe matrem & discipulum
stantē quem diligebat. dicit matri sue.
Mulier. ecce filius tuus. Deinde dicit disci

76
pulo. Ecce mater tua. & ex illa accepit
eam discipulus iuxta. Postea sciens ihe q̄a
iam omnia consummata sunt. ut consu
maretur scriptura. dicit. Sitio. Vas ergo
positum erat. aceto plenum. Ilii autē em
spongiam plenam aceto ysopo circūpo
nentes. optulerunt ori eius. Cum ergo
accepisset ihe acetum. dixit. Consummatū
est. Et inclinato capite. Tradidit sp̄m.
iudei ergo quia parasceue erat ut nō rema
nerent in cruce corpora sabbato. erat enī
magnus dies ille sabbati. rogauerunt pi
latum ut frangerentur eorum crura. &
tollerentur. Venerunt ergo milites. & pri
mi quidem fregerunt crura. & alterius
qui crucifixus est cum eo. Ad ihm autē
cum uenissent. ut uiderunt eum iam
mortuum. nō fregerunt eius crura. sed un⁹
militum lancea latus eius aperuit. & con
tinuo exiit sanguis & aqua. Et quidā
testimonium phibuit. & uerū est testimo
nium eius. Et ille scit. quia uera dicit.
ut & uos credatis. facta sunt enim hec.
ut scriptura impleatur. Os nō cōminue
rit ex eo. & iterum alia scriptura dicit.

Videbunt in quē transixerunt.
 Post hęc autē rogauit pilatum ioseph ab
 arimathia. eo quod esse discipulus ihu.
 occutus autē propt̄ merum iudeorum.
 ut tollere corpus ihu. Et permisit pila-
 tus. Venit ergo. & tulit corpus ihu. Ve-
 nit autē & nichodemus. qui uenerat ad
 ihm nocte primum. ferens mixturam
 myrrę & aloes. quasi libras centum. Ac-
 ceperunt ergo corpus ihu. & ligauerunt
 eum linteis cum aromatibus sicut mos
 iudeis est sepelire. Erat autē in loco ubi
 crucifixus est ortus. & in orto monimen-
 tum nouum. in quo n̄ dum quisquam
 positus fuerat. Ibi ergo propt̄ parāscē
 uen iudeorum. quia uixta erat moni-
 ntum. posuerunt ih̄os. Nocte duice



resurrexerunt. Se-
 quentia s̄c̄i euanglii.
 s̄c̄dm̄. Mathiam.
 cap. 28. ubi dicitur
 que lucebat in prima
 luce. et dicitur maria
 magdalene. & altera maria
 uidere sepulchrum. & ecce

tremoruf factus est magnus. Angelus
 autē domini descendit de celo. & accedens
 reuoluit lapidem. & sedebat sup̄ eum.
 Erat autem aspectus eius sicut fulgur. &
 uestimta eius sicut nix. Pre timore autē
 eius exterriti sunt custodes. & facti sunt
 uelut mortui. Respondens autē angelus.
 dixit mulieribus. Nolite timere uos.
 S̄cio enim. quod ih̄m qui crucifixus est
 queritis. Non est hic. surrexit enī sicut
 dixit. Venite. & uidete locum. ubi
 positus erat dñs. Et cito euntes dici-
 te discipulis eius quia surrexit. & ec-
 ce precedit uos in galileam. Ibi eum
 uidebitis. ecce pre dixi uobis. In die d̄o
 domine. RESURREXERUNT. Se-



sequentia s̄c̄i euanglii.
 s̄c̄dm̄. Mathiam.
 cap. 28. ubi dicitur
 que lucebat in prima
 luce. et dicitur maria
 magdalene. & altera maria
 uidere sepulchrum. & ecce

Et salome emerunt aromata. ut uenientes
ungerent anm ihm. Et ualde mane una
sabbatorum ueniunt ad monumtum or
to iam sole. Et dicebant ad inuicē. Quis
reuelat nobis lapidem lapidem.
ab ostio monumti. Et respicientes uide
runt reuolutum lapidem. Erat quip
pe magnus ualde. Et introeunt in
monumtum. uiderunt iuuenem seden
tem in dextris coopum stola candida.
& opstupuerunt. Qui dicit illis. Nolite
expauescere. Ihm queritis nazarenum.
crucifixum. Surrexit. non est hic. Ecce
locus. ubi posuerunt eum. Sed ite di
cite. discipulis eius & petro. quia prece
det uos in galileam. Ibi eum uidebitis.

I sicut dixit uobis. **FERIA II. pasche.**
S. C. V. H. D. V. O. L. Y. C. A. M.
In illo tempore. Duo ex discipulis do
mini ihu. ibant ipsa die in castellum.
quod erat in spacio stadiorū sexagin
ta ab ierusalem. nomine Emmaus.
Et ipsi loquebantur ad inuicem. de his
omnibus que acciderant. Et factū est
dū fabularent. & secum quererent.

78
& ipse ihc appropinquans ibat cum illis.
Oculi autē illoꝝ tenebantur. ne eum agno
scerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi ser
mones. quos confertis ad inuicē ambulan
tes. & estis tristes. Et respondens unus
eui nomen cleophas. dixit ei. Tu solus
peregrinus es in ierusalem. & n̄ cogno
uisti que facta sunt in illa his diebus.
Quibus ille dixit. Que. Et dixerunt.
De ihu nazareno. qui fuit uir propheta.
potens in opere. & sermone. corā dō. &
omni populo. & quom̄ tradiderunt
eum summi sacerdotes. & principes nr̄i
in damnationē mortis. & crucifixerunt
eum. Nos autē sperabamus. quia ipse ēt
redempturus isrl̄. Et nunc sup hec om̄a.
tercia dies est hodie. quo hec facta s̄t.
S & mulieres quedam ex nr̄is terruer̄t
nos. que ante lucem fuerunt ad monu
m̄tum. Et n̄ inuento corpore eius. uener̄t
dicentes. se etiam uisionē angeloz uidis
se. qui dicunt eum uiuere. Et abiit
quidam ex nr̄is ad monumtum. & ita
inuenerunt sicut mulieres dixerunt.
ipsum uero non inuenerunt. Et ipse

dixit ad eos: Ostendi & tardi corde ad cre-
dendum: in omnibus que locuti sunt pro-
phete. Nonne hec oportuit pati xpm. &
ita intrare in glam suam. & incipiens
a moyse & omnibus prophis: interpreta-
batur illis in omnibus scripturis que de
ipso erant. Et appropinquauerunt castel-
lo quo ibant. & ipse se fixit longius
ire. Et coegerunt illum dicentes: Ma-
ne nobiscum: qm aduersperascit. & incli-
nata est iam dies. & intrauit cu illis. Et
factum est dum recumberet cum illis.
accepit panem. & benedixit. ac fregit. &
porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum.
& cognouerunt eum. & ipse euauit.
& oculis eorum. Et dixerunt ad inui-
cem. Nonne cor nrm ardens erat. in
nobis. dum loqueretur in uia. & ape-
rire nobis scripturas. & surgentes ea-
dem hora. regressi sunt in iherlm. &
inuenierunt congregatos undecim. &
eos qui cum ipsis erant dicentes: quod
surrexit dominus uere. & apparuit
symoni. Et ipsi narrabant que gesta
erant in uia. & quom cognouerunt

79
eum. in fractione panis. *FR. in pasche*
nullo tempore. *Secdm LU 24 M.*
Stetit ihs in medio discipuloru suoz.
& dicit eis: Pax uobis. Ego sum. nolite
timere. Conturbati uero. & conterriti.
existimabant se spm uidere. & dixit eis:
Quid turbati estis. & cogitationes ascendunt
in corda ura. Videte manus meas & pe-
des: quia ego ipse sum. Palpate. & uidete:
quia spiritus carnem & ossa n habet. sicut
me uidetis habere. Hoc cum dixisset. osten-
dit eis manus & latus. Adhuc aut illis
n credentibus & mirantibus pre gaudio.
dixit. Habetis hic aliquid quod man-
duccatur. At illi optulerunt ei partem
piscis asii. & fauim mellis. Et cum man-
ducaste coram eis. sumens reliquias de-
dit eis. & dixit ad eos. Hec sunt uerba
que locutus sum ad uos. cum adhuc
esset uobiscum. qm necesse est impleri
omnia que scripta sunt in lege moyli.
& prophis. & psalmis. de me. Tunc ape-
ruit illis sensum. ut intelligerent scrip-
turas. & dixit eis. Im sic scriptum est.
& sic oportebat xpm pati. & resurgere a

mortuis die tertia. Et predicari in nomi-
ne eius penitentiam. & remissionem pecca-
torum. in omni gentes. **FERIA. III.**
nullo tempore. **S. ED. IOHANNES.**
Manifestauit se iterum ihu. discipulis
suis ad mare tyberiadis. manifestauit
autem sic. Erant simul symon petrus. &
thomas. qui dicitur didimus. & natha-
nael. qui erat a chana galilee. & filii ze-
bedei. & alii ex discipulis eius duo. Di-
xit eis symon petrus. Vado pescari. Di-
cunt ei. Scimus & nos tecum. Et
exierunt. & ascenderunt in nauim. &
illa nocte nichil prendiderunt. Mane
autem iam facto. stetit ihu in littore. non
tamen cognouerunt discipuli. quia iuxta
est. Dicit ergo eis ihu. Pueri. numquid
pulumtarium habetis. Responderunt
ei. Non. Dicit eis. Mitte indexteram
navigii rete. & inuenietis. Miserunt er-
go. & iam non ualebant illud trahere pro
multitudine piscium. Dicit ergo disci-
pulis ille quem diligebat ihu petro. Dominus
est. Symon petrus cum audisset quia
dominus est. tunica succinxit se. erat enim

80
nudus. & misit se in mare. Alii autem disci-
puli nauigio uenerunt. Non enim longe
erant a terra. sed quasi cubitis ducentis
trahentes rete piscium. Ut ergo descen-
derunt in terram. uiderunt prunas po-
sitas. & piscem suppositum. & panem. Dicit
eis ihu. Afferte de piscibus. quos prendi-
distis nunc. Ascendit symon petrus. & tra-
xit rete in terram plenum magnis pisci-
bus. centum quinquaginta tribus. Et cum
tanti essent. non est scissum rete. Dicit eis
ihu. Venite prandere. Et nemo aude-
bat discumbentium interrogare eum. tu-
quis es. scientes quia dominus est. Et uenit ihu
& accepit panem. & dat eis. & pisces similit.
Hoc iam tertio manifestauit se ihu discipu-
lis suis. cum resurrexisset a mortuis.
FERIA. III. S. ED. IOHANNES.
nullo tempore. Maria stabat ad monu-
mentum foris plorans. Dum ergo flere. in-
clinauit se. & prospexit in monumentum.
Et uidit duos angelos in albis sedentes. unum
ad caput. & unum ad pedes. ubi positum
fuerat corpus ihu. Dicunt ei illi. Mulier
quid ploras. Dicit eis. Quia tulerunt

dominum de monumento & nescimus ubi
posuerunt eum. Hec cum dixisset con
uersa est retrorsum. Et uidit ihm stantē
& n̄ sciebat quia ihc est. Dicit ei ihc. Tu
licet. quid ploras. Quē queris. Iua existi
mans quia ortholanus esse dicit ei. Inē
si tu sustulisti eum dicit ei. ubi posuisti
eum. & ego eum tollam. Dicit ei ihesus.
Maria. Conuersa illa dicit ei. Rabboni.
Quod dicitur magister. Dicit ei ihc. Noli
me tangere. non dum enim ascendi ad
patrem meum. Vade autē ad fratres
meos & dic eis. Ascendo ad patrem meū
& patrem ur̄m & dñm meum & deum
ur̄m. Venit maria magdalene. annun
tians discipulis quia uidi dñm. & hec
dixit michi. *secunda. vi. secundum.*
n̄ illo tempore. Undecim martham
discipuli abierunt in galileam. in mon
tem. ubi constituciat illis ihc. & uiden
tes eum. adorauerunt. quidam autē dubi
tauerunt. Et accedens ihc. locutus est eis
dicens. Data est michi om̄is potestas. in
celo & in terra. Cumtes ergo docete om̄s
gentes. baptizantes eos in nomine patris

81
& filii & spiritus sancti. docentes eos ser
uare om̄ia quecumq; mandauit uobis.
Et ecce ego uobiscum sum om̄s diebus
usq; ad consummationē sēli.
n̄ illo tempore. *secunda. vi. secundum.*
Vna sabbati. maria magdalene uenit
mane cum adhuc tenebre essent ad mo
numentum. & uidit lapidem sublatum a
monumento. Cucurrit ergo & uenit ad
symonē petrum. & ad alium discipulū
quē amabat ihc. & dicit eis. Querunt
dñm de monumentis. & nescimus ubi po
suerunt eum. Exiit ergo petrus & ille
alius discipulus & uenerunt ad monu
mentum. Currebant autē duo simul. Et
ille alius discipulus precucurrit citius
petro. & uenit p̄mus ad monumentum.
& cum se inclinasset uidit linteamina
posita. n̄ tamen introiit. Venit ergo
symon petrus sequens eum. & introiit
in monumentum. Et uidit linteamina
posita & sudarium quod fuerat sup
caput eius n̄ cum linteaminib; positū
sed separatim inuolutum in unū locū.
Sunc ergo introiit & ille discipulus

qui uenerat primus ad monumentū & uidit & credidit. Non dum enī sciebāt scripturas quia oportet eum a mortuis resurgere. *in octauis pasche* in illo tempore. *Secundum iohannem*



um esse sero die illa una sabbatorū & fores essent clausę ubi erant discipuli congregati propī memm iudeoz. uenit ih̄c & stetit in medio eoz & dixit eis. Pax uobis. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & lateras. Gausi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax uobis. Sicut misit me pater & ego mitto uos. Hoc cum dixisset insufflauit & dicit eis. Accipite sp̄m sc̄m. Quorum remisistis peccata remittuntur eis & quorū retinueritis retenta sunt. Thomas aut̄ unus de duodecim q̄ dicit̄ didimus. n̄ erat cum eis quando uenit ih̄c. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Si didimus dñm. Ue aut̄ dixit eis. Nisi uidero in manib⁹ eius fixuram clauorum & mittam digitum meum in locum

82
clauorum & mittam manum meam in la-
tus eius. n̄ credam. Et post dies octo iterū
erant discipuli eius intrus & thomas cū eis.
Venit ih̄c ianuis clausis & stetit in medio
& dixit. Pax uobis. Deinde dicit thome.
Miser digitum tuum huc & uide manus
meas & asser manum tuam & mitte in la-
tus meum & noli esse incredulus sed fide-
lis. Respondit thomas & dixit ei. Dñs meus
& d̄s meus. Dicit ei ih̄c. Quia uidisti me
credidisti. beati qui n̄ uiderunt & credi-
derunt. Iuxta quidem & alia signa fecit
ih̄c in conspectu discipuloz suoz que n̄
sunt scripta in libro hoc. Hec aut̄ scripta
sunt ut credatis quia ih̄c est xp̄s filius
d̄i. Et ut credentes uitam habeatis in no-
mine eius. *sera. iiii. secundum iohannem*
in illo tempore. *secundum iohannem*
Surgens ih̄c mane prima sabbati ap-
paruit primo marię magdalene de qua
eiecerat septem demonia. Illa uadens num-
tiauit his qui cum eo fuerant lugentib⁹
& flentibus. Et illi audientes quia uiue-
re & uisus esse ab ea n̄ crediderūt. Post
hec aut̄ duobus ex eis ambulanti⁹ osten-

3
sus est in alia effigie. euntib' in uillam.
Et illi cunctes nunciauerunt ceteris.
FERIA SEXTA Secundum mattheu.
nullo tempore. **Q**uierunt mulie
res de monumento cum timore & gau
dio magno. currentes nunciare discipu
lis eius. Et ecce ihs occurrit eis dicens.
A uere. Iue autem accesserunt & tenuerunt
pedes eius & adorauerunt eum. Tunc
ait illis ihs. Nolite timere. Ite nuncia
te fratribus meis. ut eant in galileam.
ibi me uidebunt. Iue cum abissent. ecce
quidam de custodibus uenerunt in ciui
tatem. & nunciauerunt pncipib' sacer
dotum. omnia que facta fuerant. Et
congregati cum senioribus. consilio ac
cepto. pecuniam copiosam dederunt mi
litibus dicentes. Dicite. quia discipuli
eius nocte uenerunt. & furati sunt cu
nobis dormientibus. **U**t si hoc auditum
fuerit a preside. nos suadebimus ei. &
securos uos faciemus. At illi accepta pe
cunia. fecerunt sicut erant docti. Et
diuulgatum est uerbum istud apud iu
deos. usq; in hodiernum diem.

83
Dominica ii. post pascha. **S**edm iohann.
nullo tempore. **D**ixit dñs ihs discipulis.
Ego sum pastor bonus. Bonus pastor.
animam suam dat pro ouibus suis. **M**er
cennarius. & qui n̄ est pastor. cuius n̄ s̄t
oues proprię. uide lupum uenientem.
& dimittit oues & fugit. **L**upus rapit.
& dispgit oues. **M**ercennarius aut fugit.
quia mercennarius est. & n̄ pertinet ad
eum de ouibus. **E**go sum pastor bonus.
Ut cognosco meas. & cognoscunt me meę.
Sicut nouit me pater. & ego agnosco pa
trem. & animam meam pono pro ouib'
meis. **E**t alias oues habeo. que n̄ sunt
ex hoc ouili. & illas oportet me adduce
re. & uocem meam audient. **E**t fiet
unum ouile. & unus pastor. **FR**A. III.
nullo tempore. **S**edm iohann. 11. c. 4. 02.
Una sabbati. ualde diluculo. uenerunt
mulieres ad monumentum. portantes que
parauerant aromata. **E**t inuenerunt
lapidem reuolutum a monumento. & in
gressę. n̄ inuenerunt corpus dñi ihesu.
Ut factum est dum n̄te consternate esset
de isto. ecce duo uiri steterunt secus

illas in ueste fulgenti. Cum timerent au-
tem. & declinarent uultum in terram. di-
xerunt ad illas. Quid queritis uiuentem
cum mortuis. Non est hic. sed surrexit.
Recordamini qualiter locutus est uobis cum
adhuc in galilea esset. dicens. quia oportet
filium hominis tradi in manus ho-
minum peccatorum. & crucifigi. & die ter-
cia resurgere. Et recordate sunt uerbo-
rum eius. & regressi a monumento. nun-
ciauerunt haec omnia illis undecim. &
ceteris omnibus. Erat autem maria mag-
dalene. & iohanna. & maria iacobi. &
ceterae que cum eis erant. que dicebat
ad apostolos haec. Et uisa sunt ante illos si-
cut delirantium uerba ista. & non crede-
bant illis. Petrus autem surgens. cucurrit
ad monumentum. & procumbens uidit lin-
teamina sola posita. & abiit secum mi-
rans. quod factum fuerat. *Exa. vi.*
In illo tempore. *Sedim. or. artheum.*
Accesserunt ad dominum iesum discipuli io-
hannis. dicentes. Quare nos & pharisei
ieiunamus frequenter. discipuli autem tui
non ieiunant. Et ait illis iesus. Numquid

84
possunt filii sponsi lugere. quando cum
illis est sponsus. Venient autem dies. cum
auferetur ab eis sponsus. & tunc ieiuna-
bunt. Nemo autem mittit commissuram pan-
ni rudis. in uestimentum uetus. tollit enim
plenitudinem eius a uestimento. & peior facta
sura fit. Neque mittunt uinum nouum
in utres ueteres. aliquid rumpunt utres.
& uinum effunditur. & utres pereunt.
Sed uinum nouum in utres novos mittunt. &
ambo conseruantur. *Dominica. iiii. post
in ill. tempore. Pascha. Sedim. iohannem.*
Dixit iesus discipulis suis. Modicum
& iam non uidebitis me. & iterum modicum.
& uidebitis me. quia uado ad patrem.
Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem.
Quid est hoc quod dicit nobis. modicum &
non uidebitis me. & iterum modicum. &
uidebitis me. & quia uado ad patrem.
Dicebant ergo. Quid est hoc. quod dicit
modicum. Nescimus quod loquitur. Cog-
nouit autem iesus quia uolebant eum inter-
rogare. & dixit eis. De hoc queritis in-
ter uos. quia dixi. modicum. & non uidebitis
me. & iterum modicum. & uidebitis me.

Amen am̄ dico uobis quia plorabit̄ & fle-
bit̄ uos mundus aut̄ gaudebit̄. Vos aut̄
contristabimini sed tristitia uia uertetur
in gaudium. Mulier cum parit tristitiam
habet quia uenit hora eius. Cum autem
pepererit puerum iam n̄ meminit pres-
sure propter gaudium quia natus est ho-
mo in mundum. Et uos igitur nunc qui-
dem tristitiam habetis iterum aut̄ uide-
bo uos & gaudebit cor ur̄m. Et gaudiū

Iur̄m nemo tollet a uobis. *Feria. iiii.*
n̄ illo tempore. Secundum iohannē.
Facta est questio ex discipulis iohannis
cum iudeis de purificatione. Et uene-
runt ad iohannē & dixerunt ei. Rabbi
qui erat tecum transiordanen cui tu
testimonium perhibuisti ecce hic bap-
tizat & om̄s ueniunt ad eum. Respondit
iohannes & dixit. Non potest homo acci-
pere quicquam nisi fuerit ei datum de
celo. Ipsi uos testimonium in perhibetis
quod dixerim ego n̄ sum xp̄c sed qm̄
missus sum ante illum. Qui habet spon-
sam sponsus est. Amicus aut̄ sponsi qui
stat & audit eam gaudio gaude prop-

85
ter uocem sponsi. Hoc ergo gaudiū meū
impletum est. Illum oportet crescere me
autem minui. Qui de sursum uenit sup̄
om̄s est. Qui est de terra de terra est & de
terra loquitur. Qui de celo uenit sup̄ om̄s
est & quod uidit & audiuit hoc testatur
& testimonium eius nemo accipit. Qui ac-
cipit eius testimonium signauit quia d̄s
uerax est. Quem enim misit d̄s uerba di-
loquitur. Non enim ad m̄suram dat d̄s
sp̄m. Pat̄ diligit filium & om̄ia dedit in
manum eius. Qui credit in filium habet
uitam et̄nam. Qui aut̄ incredulus est filio

In uidebit uitam sed ira d̄i manet super
eum. *Feria. vi.* Secm̄ iohannem
n̄ illo tempore. Dixit d̄ns ih̄c discipulis.
Ego lux in mundum ueni ut om̄nis
qui credit in me in tenebris n̄ maneat.
Et si quis audierit uerba mea & n̄ custo-
dierit ego n̄ iudico eum. Non enī ue-
ni ut iudicem mundum sed ut salui-
ficem mundum. Qui sp̄nit me & non
accipit uerba mea habet qui iudicet
eum. Sermo quem locutus sum ille
iudicabit eum in nouissimo die. Quia

ego a me ipso non sum locutus: sed qui mi-
sit me pater: ipse michi mandatum de-
dit: quid dicam: & quid loquar. Et scio:
quia mandatum eius uita eterna est.
Que ergo ego loquor: sicut dixit in pa-
tre sic loquor. Dominica: iiii. post pascha:
in illo tempore: Secundum iohannem.
Dixit ihesus discipulis suis: Vado ad eum
qui me misit: & nemo ex uobis interro-
gat me quo uadis? Sed quia hec locutus
sum uobis: tristitia impleuit cor uestrum.
Sed ego ueritatem dico uobis: expedit
uobis ut ego uadam. Si enim non abiero:
paraclytus non ueniet ad uos. Si autem
abiero: mittam eum ad uos. Et cum ue-
nerit: ille arguet mundum de pecca-
to: & de iusticia: & de iudicio. De pecca-
to quidem: quia non crediderunt in me:
De iusticia uero: quia ad patrem uado:
& iam non uidebitis me. De iudicio autem:
quia princeps mundi huius iudicatus est:
adhuc multa habeo uobis dicere: sed
non potestis portare modo. Cum autem
uenerit ille spiritus ueritatis: docebit
uos omnem ueritatem. Non enim loquetur

86
a semetipso: sed quecumque audierit loquetur:
& que uentura sunt: annuntiabit uobis:
ut me clarificabit: quia de meo accipiet:
& annuntiabit uobis. Feria: iiii.
in illo tempore: Secundum iohannem.
Respicens ihesus in discipulos suos dixit:
ater sancte: serua eos in nomine tuo:
quos dedisti mihi: ut sint unum sicut &
nos. Cum essem cum eis: ego seruabam
eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi cu-
stodiu: & nemo ex eis perit: non filius per-
ditionis: ut scriptura impleatur. Nunc
autem ad te uenio: & hec loquor in mun-
do: ut habeant gaudium meum imple-
tum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem
tuum: & mundus eos odio habuit: quia
non sunt de mundo: sicut ego non sum de
mundo. Non rogo ut tollas eos de mun-
do: sed ut serues eos a malo. De mundo
non sunt: sicut & ego non sum de mundo.
Sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus: ue-
ritas est. Sicut tu me misisti in mun-
dum: & ego misi eos in mundum: &
pro eis sanctifico meipsum: ut sint & ipsi
sanctificati in ueritate. Non pro his

autem rogo tantum. sed & pro eis qui
in me credituri sunt puerbum eor. ut
omnis unum sint. sicut & tu pater in me.
& ego in te. ut & ipsi in nobis unum
sint. & mundus credat quia tu me mi-
sisti. Et ego claritatem quam dedisti mi-
dedi eis. ut sint unum sicut & nos unum
sumus. Ego in eis & tu in me. ut sint
confirmati in unum. & cognoscat mundus
quia tu me misisti. & dilexisti eos. sicut
& me dilexisti. Pater. quos dedisti mi-
hi. uolo. ut ubi ego sum. & illi sint me-
cum. ut uideant claritatem meam quam
dedisti mihi. quia dilexisti me ante con-
stitutionem mundi. Pater iuste. & mun-
dus te non cognouit. ego autem noui te. Et
hi cognouerunt quia tu me misisti. &
notum feci eis nomen tuum. & notum fa-
ciam. **U**t dilectio qua dilexisti me. in
ipsis sit. & ego in ipsis. **FERIA VI.**
In illo tempore. **S e d m. iohanne.**
Dixit ihesus discipulis suis. Filioli. adhuc
modicum uobiscum sum. Inueritis me.
& sicut dixi iudeis. quo ego uado uos non
potestis uenire. & uobis dico modo. **Ian**

87
datum nouum do uobis. ut diligatis in-
uicem. sicut dilexi uos ut & uos diligatis
in uicem. In hoc cognoscent omnes quia mei
discipuli estis. si dilectionem habueritis ad
in uicem. Dicit ei symon petrus. Domine. quomodo
uadis. Respondit ihesus. Quo ego uado non
potestis me modo sequi. sequeris autem postea.
In dominica. v. post pascha. **S e d m. iohanne.**
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Amen amen dico uobis. si quis petierit
patrem in nomine meo. dabit uobis
quomodo non petistis quicquam in nomine
meo. Petite. & accipietis. ut gaudium uestrum
sit plenum. **H**ec in prouerbis locutus est
uobis. Venit hora. cum iam non in prouer-
bis loquar uobis. sed palam de patre an-
nunciabo uobis. Illo die. in nomine meo
petetis. Et nunc dico uobis. quia ego roga-
bo patrem de uobis. Ipse enim pater amat
uos. quia uos me amatis. & credidistis. quia
ego ad deum exiui. Exiui a patre. & ueni in
mundum. Iterum relinquo mundum.
& uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius.
Ecce nunc palam loqueris. & prouerbum
nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia.

3
et non opus est^t ut quis te interroget. In hoc credimus quia ad^o existi. In Ieremia maiore. et in rogationibus. Sec^ondum tu n illo tempore. Dixit d^o ih^o d^s. ca. 13.
Quis u^rm habebit amicum. et ibit ad illu^m media nocte. et dicet illi. amice. comoda m^e tres panes. q^om amicus meus uenit de uia ad me. et n^o habeo quod ponam ante illum. et ille deintus respondens dicat. nota m^e molestus esse. iam ostium clausum est. et pueri mei mecum sunt in cubili. non possum surgere. et dare tibi. Et ille si p^{er}seuerauerit pulsans. dico uobis. et si non dabit illi surgens. eo quod amicus eius sit. propter improbitatem tamen eius surget. et dabit ei. quotquot habet necessarios. Et ego uobis dico. Petite. et dabitur uobis. Querite. et inuenietis. Pulsate. et aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. et pulsanti aperietur. Quis enim ex uobis patrem petit panem. Num quid lapidem dabit illi. Aut pisces. Numquid pro pisce serpentem dabit illi. Aut si petierit ouem. numquid porriget illi scorpionem. Si ergo uos cum sitis mali

88
nostis bona dare. filius u^ris. quanto magis pater u^r de celo. dabit spiritum bonum. petentibus se. in uigilia ascensionis. In illo tempore. Sec^ondum iohannem.
Subleuatis d^o ih^o oculis in celum. dixit. ater. uenit hora. clarifica filium tuum. ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. ut omne quod dedisti ei. det eis uitam eternam. Hec est autem uita eterna. ut cognoscant te solum uerum d^om. et quem misisti ih^os x^pistum. Ego te clarificaui super terram. opus consummaui quod dedisti m^e ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater. apud te ipsum. claritate quam habui priusquam mundus esset. apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus. quos dedisti m^e de mundo. tui erant. et michi eos dedisti. et sermonem tuum seruauerunt. Hunc cognouerunt. quia omnia que dedisti m^e. ab te sunt. quia uerba que dedisti m^e dedi eis. Et ipsi acceperunt. et cognouerunt uerum. quia a te exiui. et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo. sed pro his quos dedisti m^e. quia tui sunt.

mea omnia tua sunt. & tua mea sunt. &
clarificatus sum in eis. Et iam n̄ sum in
mundo. & hi in mundo sunt. & ego ad
te uenio.

In die ascensionis dñi ierusalem
epi. l. c. 5. m. mar.
In illo tempore. cum
discipulis apparuit dñs ihe.
illorum. & duriciã cordis.
quia hi qui uiderant
eum resurrexisse non
crediderunt. & dixit illis. Euntes in
mundum uniuersum. predicate euangeli-
um omni creature. Qui crediderit &
baptizatus fuerit. saluus erit. Qui uero
n̄ crediderit. condemnabitur. Signa aut̄
eos qui crediderunt. hec sequent̄. Inno-
mine meo demonia eicient. linguis lo-
quentur. nouis serpentes tollent. & si
mortiferum quid biberint. n̄ eis nocebit.
Sup̄ egros manus imponent. & bene habe-
bunt. Et dñs quidem ihe postquã lo-
cutus est eis. assumptus est in celum. &
sedit a dextris di. Iu aut̄ profecti pre-

dicauerunt ubiq. dño coopante. & sermo

89
non confirmante sequentibus signis.
In illo tempore. Dixit d̄ ihe discipulis suis. Ego mit-
tam ad uos
Ego mitto ad uos promissum patris mei in uos.
Vos autem sedete in ciuitate. quoad usq.
induamini uirtute. & alio. & dixit aut̄
eos foras in bethaniam. & eleuatis manib.
suis benedixit eis. & factum est dum be-
nediceret illis. recessit ab eis. & ferebat̄
in celum. Et ipsi adorantes. regressi sunt
in iherusalem. cum gaudio magno. Et
erant semp̄ in templo. laudantes & bene-
dicentes dñm. Dominica post ascensionem
In illo tempore. dñi. secundum iohannem.
Dixit d̄ ihe discipulis suis. Cum uene-
rit paraclytus. quem ego mittam uobis
a patre. spiritum ueritatis qui a patre
procedit. ille testimonium perhibebit
de me. & uos testimonium perhibebitis.
quia ab initio mecum estis. Hec locutus
sum uobis. ut n̄ scandalizemini. Absq.
synagogis facient uos. Si uenit hora.
ut omnis qui interficit uos. arbitret̄
obsequium se prestare dō. Et hec fa-

cient uobis: quia n̄ nouerunt patrem ne
q̄ me. **S** hec locutus sum uobis: ut cū
uenerit hora eorum reminiscāmini. quia
ego dixi uobis. **feria. iiii. secundum.**
Illo tempore. Dixit d̄s iohannem
discipulis suis. Si manseritis in me. &
uerba mea in uobis manserint. quodcū
q̄ uolueritis petetis. & fiet uobis. In hoc
clarificatus est pater meus: ut fructum
plurimum afferatis. & efficiamini mei
discipuli. Sicut dilexit me pater. & ego
dilexi uos: manete in dilectione mea.
Si precepta mea seruaueritis manebitis in
dilectione mea. sicut & ego patris mei
precepta seruauī. & maneo in eius di
lectione. hec locutus sum uobis: ut gau
dium meum in uobis sit. & gaudium
ūm impleatur. **feria. vi. sed m.**
Illo tempore. Dixit iohannem.
d̄s ihe discipulis suis. Qui credit in
me. n̄ credit in me. sed in eum q̄ me
misi. & qui uidet me. uidet eum qui
misi me. Ego lux in mundum ueni
ut omnis qui credit in me n̄ maneat
in tenebris. & si quis audierit uerba

90
mea. & n̄ custodierit ea. ego n̄ iudico eū.
Non enim ueni ut iudicem mundū. sed
ut saluificem mundum. Qui spernit me
& n̄ accipit uerba mea. habet qui iudi
cet eum. Sermo quem locutus sum. il
le iudicabit eum in nouissimo die. Inia
re me ipso n̄ sum locutus. sed qui misi
me pater. ille mandatum dedit michi
quid dicam. aut quid loquar. & scio.
Quia mandatum eius uita eterna est.
ue ergo ego loquor. sicut mandatum
dedit michi pater. sic loquor. **iohem.**
In uerba pentecostes. **secundum.**
n̄ illo tempore. Dixit d̄s ihe discipulis.
Si diligitis me. mandata mea seruare.
Et ego rogabo patrem. & alium paraclē
tum dabit uobis ut maneat uobiscū.
in ḡnum. sp̄m ueritatis. quem mundus
n̄ potest accipere. quia n̄ uidit eū. nec
scit eum. Vos autē cognoscetis eum. q̄a
apud uos manebit. & in uobis erit. Non
relinquam uos horphanos. ueniā ad uos
adhuc modicum. & mundus me iam n̄
uidet. Vos autem uidetis me. quia ego
uiuo & uos uiuetis. In illo die. uos cog-

nosceat quia ego sum in patre meo. & uos in me. & ego in uobis. Qui habet mandata mea. & seruat ea. ille est qui diligit me. Qui autem diligit me. diligitur a patre meo. & ego diligam eum. & manifestabo ei meipsum. In die festo

Sente co s tes.
S e s m iohann em.
In illo tempore.
Dixit dñs ihs d suis.
quis diligit me. sermo
nem meū seruabit. & pater
meus diligeat eū.
& ad eū ueniamus. &
mansionē apud eum
faciamus. Qui n̄ diligit

me. sermones meos n̄ seruat. Et sermo-
nem quem audistis n̄ est meus.
sed eius qui misit me patris. Hec lo-
cutus sum uobis. apud uos manens.
¶ arachylus aut spiritus sanctus quem
mitte pater in nomine meo. ille uos
docebit omnia. Et suggerere uobis omnia
quecūq; dixero uobis. Pacem relinquo
uobis. pacem meam do uobis. Non quo

modo mundus dat. ego do uobis. Non ⁹¹
turbetur cor ur̄m. neq; formideat. Audi-
stis quia ego dixi uobis. uado. & uenio ad
uos. Si diligeretis me. gauderetis utiq;
quia uado ad patrem. quia pater maior
me est. & nunc dixi uobis priusquam
fiat. ut cum factum fuerit credatis.
am n̄ multa loquar uobiscum. Venit
enim princeps mundi huius. & in me
n̄ habet quicquam. S; ut cognoscat
mundus quia diligo patrem. & sicut
mandatum dedit michi pater. sic facio.
¶ Sedm iohann eo.
In illo tempore. Dixit dñs ihs discipulis.
Sic dñs dilexit mundum. ut filium
suum unigenitum dare. ut omnis
qui credit in ipso n̄ pereat. sed habeat
uitam eternam. Non enim misit
dñs filium suum in mundum. ut iudicet
mundum. sed ut saluetur mun-
dus p ipsum. Qui credit in eum. non
iudicatur. Qui autem n̄ credit. iam
iudicatus est. quia n̄ credit in nomi-
ne unigeniti filii dñi. Hoc est autem
iudicium. quia lux uenit in mundum.

& dilexerunt homines magis tenebras
quam lucem. Erant enim eorū ma-
la opera. Omnis enim qui male agit
odit lucem. & uenit ad lucem ut nō
arguantur opa eius. Qui autē facit
ueritatē uenit ad lucem. ut mani-
festentur opa eius. quia in dō sunt
facta. FR. III. S. cōm iohannem.
In illo tempore. Dixit d̄ ih̄c discip̄s.
A m̄ am̄ dico uobis. qui non intrat
per ostium in ouile ouium. sed ascen-
dit aliunde. ille fur est & latro. Qui
autē intrat per ostium. pastor est ouium.
Hic ostiarius ap̄t. & oues uocem eius
audiunt. & proprias oues uocat nomi-
natim. & educit eas. Et cum propri-
as oues emisit. ante eas uadit. Et
oues illum sequunt̄. quia sciunt uo-
cem eius. Alienum autē nō sequunt̄. sed
fugiunt ab eo. quia nō nouerunt uo-
cem alienoꝝ. Hoc prouerbiū dixit
eis ih̄c. Illi autē nō cognouerunt. quib̄
loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum
ih̄c. A m̄ am̄ dico uobis. quia ego sū
ostium ouium. Om̄s quotquot uene-

92
runt. fures sunt & latrones. Sed non
audierunt eos oues. Ego sum ostium.
Per me si quis introierit. saluabitur. &
ingredietur. & egredietur. & pascua
inueniet. fur nō uenit. nisi ut furetur.
& mactet. & pdat. Ego ueni ut uitā
hābeant. & abundantius habeant.
FERIA III. Secundum iohannem.
In illo tempore. Dixit d̄ ih̄c discip̄s.
Nemo potest uenire ad me. nisi pater
qui misit me. traxerit eum. Et ego
resuscitabo eum. in nouissimo die. Et
scriptum in prophetis. & erunt om̄s
docibiles d̄i. Omnis qui audiuit a pa-
tre & didicit. uenit ad me. Non quia
patrem uidit quisquam. nisi is qui ē
a dō. hic uidit patrem. A m̄ am̄ dico
uobis. qui credit in me. habet uitam
eternam. Ego sum panis uitae. Patres
uī manducauerunt manna in deser-
to. & mortui sunt. Hic est panis de
celo descendens. ut si quis manduca-
uerit ex ip̄so. nō moriatur. Ego sum
panis uiuus. qui de celo descendi. Si
quis manducauerit ex hoc pane. ui-

uēt in gñum. Et panis quē ego da-
bo caro mea est pro mundi uita.
H illo tempore. **TERCIA. V.** Secundum
Conuocatis ihē duodecim lucam.
ap̄tis. dedit illis uirtutem & potestatem
sup̄ omnia demonia. & ut languores
curarent. & misit illos predicare reg-
num dī & sanare infirmos. Et ait ad
illos. Nichil ualeritis in uia. neq; uirga.
neq; petam. neq; panem. neq; pecunia.
neq; duas tunicas habeatis. & in quam-
cumq; domum intraueritis. ibi manete
& inde ne exeatis. Et quicumq; n̄ rece-
perint uos. exeuntes de ciuitate illa.
etiam putuerem pedum uostre excuti-
te in testimonium supra illos. Egredi
autē circuibant p̄ castella. euangeli-
zantes. & curantes ubiq; **TERCIA. VI.**
H illo tempore. Secundū lucam.
Factum est in una dierum & ihē
sedebat docens. & erant pharisei se-
dentes. & legisdoctores. qui uenerant
ex omni castello galilee. & iudee &
iherusalem. & uirtus erat dñi ad sa-
nandum eos. Et ecce uiri in lecto

93
portantes hominē qui erat paralyticus.
& querebant eum inferre. & ponere an-
te eum. & n̄ inuenientes qua parte
illum inferrent pre turba. ascenderit
sup̄a tectum. & per regulas summi
serunt illum cum lecto in medium
ante ihm. Quorum fidem ut uidit
dixit. Homo. remittuntur tibi pecca-
ta tua. Et ceperunt cogitare scribe
& pharisei dicentes. Quis est hic qui
loquitur blasphemias. Quis potest di-
mittere peccata nisi solus d̄s. Et cog-
nouit autem cogitationes eorū ihē.
respondens dixit ad illos. Quid cogita-
tis mala in cordibus uis. Quid est fa-
cilius dicere. dimittantur tibi pecca-
ta. an dicere surge et ambula. Et
sciatis autem. quia filius hominis po-
testatem habet in terra dimittendi
peccata. tunc ait paralytico. Tibi di-
co. surge. tolle lectum tuum & uade
in domum tuam. & confestim surgens
coram illis. tulit in quo iacebat. &
abijt in domum suam. magnificans
d̄m. & stupor apprehendit om̄s. &

magnificabant dñm. Et repleti sunt timore dicentes quia uidimus mirabilia hodie. Sabbatho. Secundū lucam. y illo tempore. Surgens dñs de synagoga. introiit in domum symonis. **S**ocrus autem symonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans sup illam. imperauit feberi & dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autē occidisset. om̄s qui habebant infirmos uariis languorib⁹. ducebant illos ad eū. **A**t ille singulis manus imponens. curabat eos. Erivant autē demonia. amul-
tis clamantia & dicentia. quia tu es xp̄s filius dī. Et increpans non sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse xp̄m. Facta autē die. egressus ibat in desertum locum. Et turbe requirebant eum. & uenerunt usq; ad ipsum & detinebant illum. ne discedere ab eis. Quibus ille ait. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare. **I**regnum dī in octauis pentecosten. y illo tempore. Secūm iohannem.

94
Qrat homo ex phariseis nichodemus nomine. princeps iudeorum. Hic uenit ad dñm nocte & dixit ei. Rabbi. scimus quia a dō uenisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis. nisi fuerit d̄s cum eo. Respondit ih̄s & dixit ei. Am̄ am̄ dico tibi. nisi quis natus fuerit denuo. n̄ potest uide-
re regnum dī. Dicit ad eum nichodemus. Quom̄ potest homo nasci cum sit senex. Numquid potest in uentrem matris sue iterato introire & nasci. Respondit ih̄s. Amen am̄ dico tibi. n̄ quis renatus fuerit ex aqua & sp̄u. n̄ potest introire regnum dī. Quod natum est ex carne. caro est. Et quod natum est ex spiritu. spiritus est. Non mireris. quia dixi tibi oportet uos nasci denuo. Sp̄s ubi uult spirat. & uocē eius audis. sed n̄ scis unde ueniat aut quo uadat. Sic est om̄is. qui natus ē ex spiritu. Respondit nichodemus. & dixit ei. Quom̄ possunt hec fieri. Respondit ih̄s. & dixit ei. Tu es magister in isrl̄. & hec ignoras. Am̄ amen.

dico tibi quia quod sermo loquimur
& quod uidimus testamur & testimonium
nunc non accipitis. Si terrena dixi uobis
& non creditis. quomodo si dixerim uobis
caelestia creditis. Et nemo ascendit in
caelum nisi qui descendit de caelo. filius
hominis qui est in caelo. Et sicut moyses
extraxit serpentem in deserto. ita ex
atrari oportet filium hominis. Et om
nis qui credit in ipso non periret. sed ha
beat uitam eternam. feria. ii. de sca
trinitate. require supra in dnica po
n illo tempore. Dixit dn̄s ascensione
ihs̄e discipulis. Cum uenerit parachytus
quem ego mittam uobis a patre. feria.
ii. illo tempore. ii. ii. scdm̄ lucam.
Dixit dn̄s ihs̄e discipulis suis. Cum in
ducet uos in synagogas & ad magistra
tus & potestates. nolite solliciti esse.
qualiter aut. quid respondeatis. aut quod
dicatis. Sp̄s enim sc̄s docebit uos in
ipsa hora. que oporteat loqui. At aut
ei quidam de turba. Magister. dic
fratri meo. ut diuidat mecum he
reditatem. At ille dixit ei. Homo.

25
quis me constituit iudicem aut diuisorem
sup uos. Dixit q; ad illos. Videte & caute
re ab omni auaricia. quia non in habun
dantia cuiusquam uita eius est. & his
que possidet. Dixit aut similitudinem
ad illos dicens. Dominus cuiusdam di
uitis uberes fructus ager attulit. & co
gitabat intra se dicens. Quid faciam quod
non habeo quo congregare fructus meos.
Et dixit. Hoc faciam. Destruam horrea
mea & maiora faciam. & illuc congre
gabo omnia que nata sunt mihi. & bo
na mea. & dicam anime mee. Anima
habet multa bona posita in annos plu
rimos. requiesce. comede. bibe. epula
re. Dixit autem illi ds̄. Stulte. hac
nocte animam tuam reperunt a te.
que autem parasti cuius erunt. Sic
est qui sibi thesaurizat. & non est in
dm̄ diues. feria. vi. scdm̄ lucam.
ii. illo tempore. Accesserunt ad d.
ih̄m quidam saducei. qui negant
esse resurrectionem. & interrogauerunt
eum dicentes. Magister. moyses scrip
sit nobis. si frater alicuius mortuus

3
fuerit. habens uxore. & hic sine filiis fue-
rit. ut accipiat eam frater eius uxore.
& suscite semen fratri suo. Septem ergo
fratres erant. & primus accepit uxorem
& mortuus est sine filiis. Et sequens ac-
cepit illam. & ipse mortuus est sine fi-
lio. & tertius accepit illam. Similitur &
omnes septem. & non reliquerunt semen.
& mortui sunt. Nouissima autem omnium
mortua est & mulier. In resurrectione
ergo. cuius eorum erit uxor. Siquide-
septem habuerunt eam uxore. & ait il-
lis ihc. Filii huius seculi nubunt. & tradun-
tur ad nuptias. Qui autem qui digni ha-
bebuntur seculo illo. & resurrectione ex-
mortuis. neque nubent neque ducunt ux-
ores. Neque enim ultra mori poterunt.
E quales enim angelis sunt. & filii sunt
dei. cum sint filii resurrectionis. Quia
uero resurgant mortui. & moyses osten-
dit secus rubum. sicut dicit dominus. dominus
abraham. & dominus ysaac. & dominus iacob. Ihs
autem non est mortuus. sed uiuus. Omnes
enim uiuum ei. Respondentes autem
quidam scribarum. dixerunt. Magist.

96
bene dixisti. & amplius non audebant
eum interrogare. Dominica prima
post octauas pentecostes. secundum lucam. 11.
in illo tempore. Dixit dominus ihc discipulis
parabolam hanc. Homo quidam erat
diues. & induebatur purpura & bysso.
& epulabatur cotidie splendide. & erat
quidam medicus nomine lazarus. qui
iacebat ad ianuam eius. ul-
ceribus plenus. cupiens saturari de mi-
cis que cadebant. demissa diuitis. & ne-
mo illi dabat. Sed & canes ueniebant.
& lingeabant ulcera eius. factum est autem
ut moreretur medicus. & portaretur ab
angelis in sinum abrahę. Mortuus est autem
& diues. & sepultus est in inferno. Ue-
uans autem oculos suos cum esse in
tormentis. uidit abraham a longe. & la-
zarum in sinu eius. & ipse clamans.
dixit. Pater abraham miserere mei. &
mitte lazarus ut intingat extremum
digiti sui in aqua. & refrigere linguam
meam. quia crucior in hac flamma.
& dixit illi abraham. fili. recordare quia
recepisti bona in uita tua. & lazarus si

mittet mala. Nunc autem hic consolatur
tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter
nos & uos chaos magnum firmatum est.
ut hi qui uolunt hinc transire ad uos
non possint. neque inde huc transire.
Et ait. Rogo ergo te pater. ut mittas eum
in domum patris mei habeo enim quin-
que fratres. ut testetur illis. ne & ipsi ue-
niant in locum hunc tormentorum. Et ait
illi abraham. Habent moysen & pro-
phetas. audiant illos. At ille dixit. Et
pater abraham. sed si quis ex mortuis
ierit ad eos. penitentiam agent. Ait
autem illi. Si moysen & prophetas non audi-
unt. neque si quis ex mortuis resurre-
rit. credent. *Secunda. Secunda.*
Et illo tempore. Dixit dominus uero
crimis aiebat. Credo domine. adiuua in
credulitatem meam. & cum uideret
ihesus concurrentem turbam. cominatus
est spiritum immundo. dicens illi. Surde
& mute spiritus. ego tibi precipio. exi ab
eo. & amplius ne introeas in eum. &
exclamans. & multum discerpens eum.
exiit ab eo. Et factus est sicut mor

tuus ita ut multi dicerent. quia mortuus est. Iste autem tenens manum eius elevauit eum. & surrexit. & cum introisset in domum. discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eicere eum. & dixit illis. hoc genus in nullo potest exire. nisi in oratione & ieiunio. **FERIA SEPTIMA SECUNDUM**
H illo tempore. **I. Y. C. A. O.**
Rogabat dominum quidam phariseus. ut manducaret cum illo. & ingressus domum pharisei. discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix ut cognouit quod accubuit in domo pharisei. attulit alabastrum unguenti. & stans retro secus pedes eius. lacrimis cepit rigare pedes eius. & capillis capitis sui tergebat. & osculabatur pedes eius. & unguento ungebat. Videns autem phariseus qui uocauerat eum. ait in terra se dicens. Hic si esset propheta. sciret utique que & qualis esset mulier que tangit eum. quia peccatrix est. & respondens ihesus. dixit ad illum. Symon. habeo tibi aliquid dicere. At ille ait.

120
Magister dic. duo debitores erant. cuiusdam feneratori. vnus debebat. denarios quingentos. alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent. donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit. Respondens symon. dixit. Estimo. quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. & conuersus ad mulierem. dixit symoni. Vides hanc mulierem. Intraui in domum tuam. aquam pedibus meis non dedisti. Hec autem. lacrimis rigauit pedes meos. & capillis suis tetexit. Osculum in non dedisti. Hec autem. ex quo intraui. non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti. Hec autem. unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi. remittuntur ei peccata multa. quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur. minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. & ceperunt qui simul accubebant dicere intra se. Quis est hic. qui etiam peccata dimittit. Dixit autem ad mulierem. fides tua te saluam fecit. uade in pace. secundum lucam. Sabbato.

3
In illo tempore. Dicebat d̄ ih̄c turbis si
multitudinē hanc. Arborem fici habebat
quidam plantatam in uinea sua. & uenit
querens fructum in illa. & n̄ inuenit.
Dixit autē ad cultorē uinee. Ecce anni
tres sunt. ex quo uenio querens fructū
in ficuinea hac. & n̄ inuenio. Succide
ergo illam. Siquis etiam terram occupat.
At ille respondens. dixit illi. Domine. di
mitte illam. & hoc anno. usq; dū fodiā
circa illam. & mittam stercora. & si qui
dem fecerit fructum. Sin autē. in futuro
succidet eam. Erat autē. docens in syna
goga eorum sabbatis. & ecce mulier que
habebat. sp̄m infirmitatis annis decem
& octo. & erat. inclinata. nec omnino
poterat sursum respicere. Quā cū ui
dere ih̄c. uocauit ad se. & ait illi. Mu
lier. dimissa es ab infirmitate tua. &
imposuit illi manus. & confestim erec
ta est. & glorificabat d̄m. Respondens
autem archisynagogus. indignans quia
sabbato curasse ih̄c. dicebat turbe.
Sex dies sunt. in quibus oportet operari.
In his ergo uenite & curamini. & non

121
in die sabbati. Respondit autē ad illum
d̄ns. & dixit. Hypochrita. unusquisque
uē m̄ sabbato n̄ soluit bouem suum. aut
asinum a p̄sep̄io. & ducit ad aquare.
Hanc autē filiam abrahe quā alligauit
sathanas ecce decem & octo annis. non
oportuit solui a uinculo isto die sabbati.
Cum hec diceret. erubescerent om̄s ad
uersarij eius. Et uniuersus populus gau
debat in uniuersis. que gloriose fiebant
ab eo. Dominica. e. viii. Secun. dum
h̄ illo tempore. Accesserunt iudeam.
Ad d̄m pharisei. & interrogauit eum
unus ex eis legis doctor. temptans eū. Pa
gister. quod est mandatum magnum
in lege. Ait illi ih̄c. Diliges d̄m d̄m
tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima
tua. & in tota mente tua. hoc est maxi
mum & primum mandatum. Scdm autē.
simile est huic. Diliges proximum tuū
sicut teipsum. In his duobus mandatis.
uniuersa lex pendet & prophe. Congre
gatis autē phariseis. interrogauit eos
ih̄c dicens. Quid uobis uidetur de xpo.
cuius filius est. Dicunt ei. dauid. Ait

illis. Quom̄ ergo dauid in sp̄u uocat eū
dominum dicens. dixit dñs dño meo. se-
de a dextris meis. donec ponam inimicos
tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo da-
uid uocat eum dominum. quom̄ filius
eius est. Et nemo poterat ei respondere
uerbum. neq; ausus fuit quisquā ex illa
die eum amplius interrogare. Tunc
locutus est iħc ad turbas. & ad discipulos
suos dicens. Sup̄ cathedram moysi. sede-
runt scribe & pharisei. Omnia ergo que
cumq; dixerunt uobis. seruate & facite.
Sed̄m uero opa eorum. nolite facere. Di-
cunt enim. & n̄ faciunt. Alligant autē
onera graua & importabilia. & impo-
nunt in humeros hominū. digito autē
suo nolunt ea mouere. Omnia uero
opa sua faciunt. ut uideantur ab ho-
minibus. Dilatant enim phylacteria
sua. & magnificant symbrias. Amant
autē pitimos recubitus in cenis. & p̄mas
cathedras in synagogis. & salutationes
in foro. & uocari ab hominibus tabbi.
Sed̄m autem. nolite uocari tabbi. Synus ē
enim magister uester. om̄s autē uos fr̄s

122
ctis. Et patrem nolite uocare uobis super
terram. Synus est enim pater ur̄. q̄ in
celis est. Nec uocemini magistri. quia
magister ur̄ unus est. xp̄s. Qui maiore
ur̄m erit minister uester. Qui autē se
exaltauerit. humiliabitur. Et qui se
humiliauerit. exaltabitur. *IRA. III.*
nullo tempore. Sed̄m *M. n̄b. cum.*
Dixit o iħc discipulis suis parabolam
hanc. Simile factum est regnū celorum
homini. qui seminauit bonum semen
in agro suo. Cum autem dormirent
homines. uenit inimicus eius. & supse-
minauit zizania in medio tritici. & abi-
it. Cum autem creuisset herba. & fruc-
tum fecisset. tunc apparuerunt & ziza-
nia. Accedentes autē serui parissimulaf.
dixerunt ei. Domine. nonne bonum
sem̄ seminasti in agro tuo. *¶* Unde
ergo habet zizania. Et ait illis. Inimi-
cus homo hoc fecit. Serui autē dixerūt
ei. Visimus. & colligimus ea. Et ait
non. Ne forte colligentes zizania. eradi-
catis simul cum eis & triticum. Sinite
utraq; crescere usq; ad messem. & in

3
tempore messis dicam messoribus. Colligi-
te primum zizania & alligate ea fasci-
culos ad comburendum. Triticum autem
congregate in horreum meum. **T**h
n illo tempore. *fr̄a. vi. Secūm ma*
Dixit d̄s ih̄s discipulis suis parabolam
hanc. Simile est regnum celorum gra-
no synapis. quod accipiens homo semi-
navit in agro suo. Quod minimum est
quidem omnibus seminibus. cum autem
creverit. maius est omnibus olivibus.
& fit arbor. ita ut volucres celi veniant
& habitent in ramis eius. Aliam para-
bolam locutus est eis. Simile est regni
celorum fermento. quod accepta mulier
abscondit in farinae satis tribus. donec
fermentatum est totum. **H**ec omnia lo-
cutus est ih̄s in parabolis ad turbas.
& sine parabolis n̄ loquebatur eis. ut
impleretur quod dictum est p̄p̄ham
dicentem. Aperiam in parabolis os
meum. & cructuabo abscondita. a con-
stitutione mundi. *dominica. x. viii.*
An illo tempore. *Secundū marthm.*
Ascendens d̄s ih̄s in naviculam.

103
transiitavit & venit in ciuitatem suā.
Ecce offebant ei paraliticum. in lecto
iacentem. & uident ih̄s fidem illorū.
dixit paralitico. Confide fili. remittun-
tur tibi peccata tua. **E**cce quidam
de scribis. dixerunt intra se. Hic blas-
phemat. **E**cce cum uidisset ih̄s cogitatio-
nes eorum. dixit. Quod cogitatis mala
in cordibus ur̄is. Quid est facilius dice-
re. dimittantur tibi peccata. an dicere
surge & ambula. **U**t sciat̄ aut̄ quia
filius hominis habet potestatem in terra
dimittendi peccata. tunc ait paraliti-
co. Surge. tolle lectum tuum & uade
in domum tuam. **E**t surrexit. & abiit
in domum suam. **V**identes aut̄ turbe
timuerunt. **E**t glorificauerunt deum.
qui dedit potestatem talem hominibus.
n̄ illo tempore. *fr̄a. iiii. d̄s d̄m.*
Accesserunt ad d̄m ih̄m in arb̄. cum
discipuli dicentes. **E**dissere nobis para-
bolam tritici & zizaniarū in agri. **Q**ui
respondens ait. **Q**ui seminat bonum
sem̄. est filius hominis. **A**ger autem est
mundus. **B**onum uero semen. hi sunt.

3
filii regni. Zizania autē filii sunt nequam
I nemicus autem qui seminavit ea est
diabolus. Messis uero consummatio seculi
est. Messores autē angeli sunt. Sicut
ergo colliguntur zizania & igni combu-
runtur sic erit in consummatione seculi.
V itte filius hominis angelos suos & col-
ligent de regno eius omnia scandala
& eos qui faciunt iniquitatem & mit-
tent eos in caminum ignis. Ibi erit fle-
tus & stridor dentium. Tunc iusti sus-
cipient sicut sol in regno patris coru-
m qui habet aures audiendi audiat.

Feria vi. *Secundum Marcum.*
In illo tempore. Interrogatus de i-
de a discipulis suis de consummatione seculi
dixit eis. Cum uideritis abhominatio-
nem desolationis stantem ubi non debet
qui legit intelligat. Tunc qui in iudea
sunt fugiant in montes. & qui super
tectum ne descendat in domum nec
introeat ut tollat quid de domo sua.
Qui in agro erit non reuertatur retro tol-
lere uestimentum suum. Et autē pregnan-
tibus & nutriendibus in illis diebus. Orate

124
uero ut hieme non fiat. Erunt enim dies
illi tribulationis tales quales non fuerunt
ab initio creature quam condidit deus
usque nunc neque fiet. & nisi breuiasse-
runt dies non fuisset salua omnis caro.
Sed propter electos quos elegit breuiavit
dies. & tunc si quis uobis dixerit ecce
hic est christus ecce illic ne credideritis.
Ergo erunt enim pseudo christi & pseudo p-
phetę & dabunt signa & portenta ad
seducendos si potest fieri etiam electos.
Sed ergo uideate ecce predicti uobis omnia.

Dominica xv. *Secundum Mattheum.*
In illo tempore. Loquebatur dominus ihesu
discipulis suis dicens. Simile factum est
regnum celorum homini regi qui fecit nup-
tias filio suo. & misit seruos suos uocare
inuitatos ad nuptias & nolabant uenire.
Tunc misit alios seruos dicens. Dicite
inuitatis. Ecce prandium meum para-
ui tauri mei & atrilia occisa & omnia
parata uenite ad nuptias. Ibi autē negle-
xerunt. & abierunt alius in uillam sua-
m alius in negotiationem suam. Reliqui uero
tenuerunt seruos eius & contumelias

3
affectos occiderunt. Rex autē cum audis-
set iratus est. & missis exercitib' suis pdi-
dit homicidas illos & ciuitatē illos
succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie
quidem paratę sunt. sed qui inuitati
erant n̄ fuerunt digni. Itē ergo ad exi-
uiarum. & quoscumq; inueneritis. uoca-
te ad nuptias. Egressi serui eius in uias
congregauerunt om̄s quos inuenerunt
malos & bonos. & implete sunt nuptie
discumbentium. Intrauit autē rex ut ui-
dere discumbentes. & uidit ibi hominē
n̄ uestitum ueste nuptiali. & ait illi. Ami-
ce. quom̄ huc intrasti. n̄ habens uestem
nuptialem. At ille obmutuit. Tunc di-
xit rex ministris. Ligatis manib' eius &
pedibus. mitte eum in tenebras exteri-
ores. Ibi erit fletus. & stridor dentium. Iu-
sti enim sunt uocati. pauci uero electi.
n̄ illo tempore. *FR̄A. III. S. C. 8. M.*

Dicebat d̄ ih̄c cuidam prin̄. *M. 11. M.*
cipi phariseo. Cum facis prandium aut
cenam. noli uocare amicos tuos. neque
fr̄s tuos. neq; cognatos. neq; uicinos. neq;
diuites. neq; ipsi te reuident. & fiat

125
tibi retributio. **S**ed cum facis conuiuium.
uoca pauperes. debiles. claudos. & cecos.
Beatus eris. quia n̄ habent retribuere tibi.
Retribuetur enim tibi. in retributione iu-
storum. **H**ec autē cum audisse quidam
de simul discumbentibus. dixit illi. Bea-
tus qui manducabit panē. in regno celoꝝ.
n̄ illo tempore. *FR̄A. VI. S. C. 8. M.*
Dixit d̄ ih̄c discipulis suis. *L. 12. C. 4. M.*
Beati eritis cum uos oderint homines. &
cum separauerint uos. & exprobrauerint
& eiecerint nom̄ ur̄m tamquam malum.
pp̄t filium hominis. Gaudete in illa die
& exultate. ecce enī merces ur̄a multa ē
in celis. **S**ed̄m hec enim. faciebant pphe-
tis patres eorum. **S**eruntam̄ ue uobis di-
uitibus. qui habetis consolationē ur̄am.
Be uobis qui saturati estis. quia esurietis.
Be uobis qui ridetis nunc. quia lugebitis
& flebitis. **S**e cum bene uobis dixerunt
om̄s homines. **S**ed̄m hec faciebant pp̄his
patres eorum. **S**ed uobis dico qui audi-
tis. Diligite inimicos ur̄os. bene facite
his qui oderunt uos. **B**enedicite male-
dicentibus uos. orate p̄ calumniantib'

uof. Et qui te percussit in maxillam. prebe
ei & alteram. Et ab eo qui aufert tibi ue
stimentum. etiam tunicam noli prohibe
re. Omni autem petenti te tribue. Et
qui aufert que tua sunt. ne repetas.
Et prout uultis ut faciant uobis homines.
& uos facite similit. Et si diligitis eos qui
uos diligunt. que uobis est gra. Nam
& peccatores diligentes se diligunt. Et
si bene feceritis his qui uobis bene faci
unt. que uobis est gra. Siquidem. &
peccatores hoc faciunt. Et si mutuum
dederitis his a quibus speratis accipere.
que gra est uobis. Nam & peccatores
peccatoribus tenentur. ut recipiant equi
tiam. Veruntamen diligite inimicos uos.
& bene facite. Et mutuum date. nichil
inde sperantes. Et erit merces uestra mul
ta in celis. **DOMINICA. XXXI. S e d m**
n illo tempore. I O H A N N E
Erant quidam regulus cuius filius in
firmabatur capharnaum. Hic cum au
disse quia ihc adueniret a iudea in ga
lileam. abiit ad eum. & rogabat eum.
ut descenderet & sanaret filium eius. in

126
cipiebat enim mori. Dixit ergo ihc ad
eum. Nisi signa & prodigia uideritis. non
creditis. Hic it ad eum regulus. Domine. de
scende priusquam moriatur filius meus.
Ic it ei ihc. Vade. filius tuus uiuit. Cre
didit homo sermoni quem dixit ei ihc.
& ibat. Nam aut eo descendente. serui
occurrerunt ei. & nuntiauerunt dicen
tes. quia filius eius uiuere. Interrogabat
ergo horam ab eis. in qua melius habu
erit. Et dixerunt ei. quia heri hora sep
tima reliquit eum febris. Cognouit er
go pater quia illa hora erat. in qua di
xit ei ihc filius tuus uiuit. & credidit
ipse. & domus eius tota. **EX. III.**
n illo tempore. S e d m. I u c a m.
Cum intrasse ihc in synagogam & do
cere. erat ibi homo. & manus eius dexte
ra erat arida. Observabant aut scribe
& pharisei si in sabbato curare. ut inue
nirent unde accusarent illum. Ipse uero
sciebat cogitationes eorum. Et ait homini.
qui habebat manum aridam. Surge.
& sta in medium. Et surgens stetit. lit
aut ad illos ihc. Interrogo uos. si licet

3
sabbatis bene facere an male. animā salutā
facere. an perdere. Et circumspēctis omīb?
dixit homini. Extende manum tuam.
Et extendit. Et restituta est manus eius. Ipsi
autē repleti sunt insipientia. & colloque-
bantur ad inuicem. quoniam facerent de
ihu. *feria. vi. s. e. d. m. mattheum.*
In illo tempore. Cum uenisset dñs in
domum petri. uidit socrum eius iacentē
& febricitantē. Et tetigit manum eius. &
dimisit eam febris. Et surrexit. & ministra-
bat eis. Et uespere autē facto. obauerunt
ei multos demonia habentes. Et eiciebat
spiritus uerbo. & omēs male habentes cura-
uit. ut adimpleretur qđ dictum est per
ysaiam propham dicentē. Ipse infirmita-
tes nras accepit. & egrotationes portauit.
dominica. xxii. s. e. d. m. mattheum.
In illo tempore. Dixit dñs discipulis.
Simile est regnum celorum homini regi.
qui uoluit rationē ponere cum seruis suis.
Et cum cepisset rationē ponere. oblatu-
s est ei unus. qui debebat decem milia talen-
ta. Cum autem nō haberet unde redde-
re. iussit eum dominus suus uendari.

127
& uxorem eius & filios. & omnia que habe-
bat. & reddi. Procidens autem seruus ille.
rogabat eum dicens. Pacientiam habe
in me. & omnia reddam tibi. Misertus
autē dñs serui illius. dimisit eum. & de-
bitum dimisit illi. Egressus autē seruus
ille. inuenit unum de conseruis suis. qui
debebat ei centum denarios. Et tenens.
suffocabat eum dicens. Redde quod de-
bes. Et procidens conseruus eius. rogabat eum
dicens. Pacientiam habe in me. & omnia
reddam tibi. Ille autē noluit. sed abiit &
misit eum in carcerē. donec redderet de-
bitum. Et uidentes autē conserui eius
que fiebant. contristati sunt ualde. Et
uenerunt. & nunciauerunt dño suo om-
nia que facta fuerant. Et uocauit illū
dominus suus. & ait illi. Serue neqm
omne debitum dimisi tibi. qm rogasti
me. Nonne ergo oportuit & te misere-
ri conserui tui. sicut & ego tui misertus
sum. Et iratus dñs eius. tradidit eum
tormentoribus quoad usq; reddere uniuersa
debita. Sic & pater meus celestis faciet
uobis. si nō remiseritis unusquisq; fratri

I sūo. de cordibus ur̄is. sic. iij. Scdm
n illo tempore. Dixit d̄s marcum.
discipulis suis. Am̄ dico uobis. quia si quis
dixerit huic monti. tollere. & mittere in
mare. & n̄ hesitauerit in corde suo. sed
credidit. quia quecumq; dixerit fiat. sic
ei. Propterea dico uobis. omnia quecumq;
orantes petitis. credite quia dabitur uob.
Q cum stans ad orandum. dimittite si q̄
habetis aduersus aliquē. ut & pater uester
qui in celis est. dimittat uobis peccata
ur̄a. Qd̄ si uos n̄ dimiseritis. nec pater
ur̄ qui in celis est. dimittet uobis pecca
ta ur̄a. **FERIA. VI. Scdm̄ marcum.**
n illo tempore. Dixit d̄s discipulis s.
Videte quid audiat̄is. In qua mensura
mensi fueritis. remetietur uobis. & adici
etur uobis. Qui enim habet. dabit̄ illi.
Qui n̄ habet. etiam quod habet aufe
retur ab eo. Et dicebat. Sic est regnū
di. quemadmodum si iactet homo se
mentem in terram. & dormiat. & exur
gat. nocte ac die. & semen germinat̄ ac
crescat. dum nescit ille. **U**ltro enim
terra fructificat. Primum erbam. deinde

128
spicam. deinde plenum fructum in spica.
Q cum se produxerit fructus. statim mittit
faleon. qm̄ ad tempus messis. **DOMINICA**
n illo tempore. **XXXIII. Secundum.**
Cum sibileuass̄e oculos iohannem.
d̄s & uidiss̄e quia multitudo maxima
recaure retro in. iiii. ebdomada. xl.
FERIA. III. Secundum. Lucam.
n illo tempore. Dixit d̄s discipulis s.
Ecce ego mitto uos. sicut agnos inter
lupos. Nolite portare sacculum. neq; petam.
neq; cistam. & n̄ minē p̄uam salutaue
rit̄is. In quacumq; domum intraueritis.
pr̄imum dicite. Pax huic domui. Et si ibi
fuerit filius pacis. requiescat sup̄ illam.
pax ur̄a. Sin aut̄. ad uos reuertetur. In
eadem uero domo manete. edentes &
bibentes que apud illos sunt. Signus est
enim opatus mercede sua. Nolite tran
sire de domo in domum. Et in quacūq;
ciuitate intraueritis. & susceperint uos.
manducate que apponuntur uobis. & di
curate infirmos. qui in illa sunt. & di
cite illis. Appropinquauit in uos regnū
di. In quacumq; ciuitatem intraueritis.

3
e n̄ receperint uos: excurtes implereas eius
dicte. Etiam puluere qui adhefit nobis
de ciuitate uia. exigimus in uos. Amen
scitote. quia appropinquauit regnū di.
n illo tempore. *frā vi. Scdm marcū.*

IDixit dñs ihs discipulis. *¶* Vigilate &
orate. nescitis enim quando temp' sit. Si
cut homo qui peregre profectus reliquit
domum suam. & dedit seruis suis potesta
tem cuiusq; opis. & ianitori p̄cepit uigilare.
¶ Vigilate ergo. Nescitis enim quando dñs
domus ueniat. sero. an media nocte. an
galli cantu. an mane. Ne cum uenerit
repente. inueniat uos dormientes. Quod
aut uobis dico. omnis dico. uigilate.
n illo tempore. *Unica. xxiii. Scdm.*

Ab euntel pharisei. consiliū orartheum.
inierunt. ut caperent d̄ ihm in sermone.
Et mittunt ei discipulos suos cum herodia
nis. dicentes. Magister. scimus quia uerax
es. & uiam di in ueritate doces. & n̄ est
tibi cura de aliquo. Non enim respicis
psonam hominum. Dic ergo nobis. quid
tibi uidetur. Lice censum dari cesari
annon. Cognita aut ihs nequicia ex

129
dixit. Quid me temptatis ypochrite. *¶* Osten
dite m̄ nūmisma census. At illi obtulerūt
ei denarium. & ait illis ihs. Cuius est ima
go hec. & superscriptio. Dicunt ei. Cesaris.
Et ait illis ihs. Reddite ergo que sunt
cesaris cesari. & que sunt di dō. *frā iiii.
n illo tempore. Scdm mattheum.*

Cum uenisse domin' ihs & discipuli eius
capharnaum. accesserunt qui didragma
accipiebant ad petrum. & dixerunt. Pa
gister uester n̄ soluit didragma. Ait.
Etiam. & cum intrasse in domū. preue
nit cum ihs dicens. Quid tibi uidetur
symon. Reges terre a quibus accipiunt
tributum uel censum. a filiis suis. an ab
alienis. At ille dixit. Ab alienis. Dixit
illi ihs. Ergo liberi sunt filii. *¶* Et ait.
n̄ scandalizemus eos. uade ad mare &
mire hamum. & cum piscem. qui p̄m̄
ascenderit tolle. & ap̄to ore eius. inue
nies staterem. tuam sument. da eis pro
me & te. *frā vi. Scdm marcū.*
n illo tempore. Conuenerunt
ad d̄ ihm pharisei. & quidam de scribis
ab ierosolomis. Et cum uidissent quos

dam ex discipulis eius comunib' manibus
id est non totis manducare panes. utupera
uerunt. Pharisei enim & omnes iudei non crebro
lauant manus non manducant. tenentes tra
ditionem seniorum. Et a foro non baptizant.
non comedunt. Et alia multa sunt que tra
dita sunt illis seruare baptismata calicum
& urece & cramentorum & lectorem. Et inter
rogabant cum pharisei & scribe. Inuare di
scipuli tui non ambulant. iuxta traditionem
seniorum. sed comunib' manibus manducant
panem. At ille respondens dixit eis. Bene
ysaias prophetauit de uobis ypochritis.
sicut scriptum est. Populus hic labus me
honorat. cor autem illorum longe abest a
me. In uanum autem me colunt. docentes
doctrinas & precepta hominum. Relin
quentes enim mandatum dei. tenent
traditionem hominum. Dominica xxxv.
In illo tempore. Secundum mattheum.
Loquente domino ad turbas. ecce prin
ceps unus accessit. & adorauit eum dicens.
One. filia mea modo defuncta est. sed
ueni impone manum super eam. & uiuet.
Et surgens ihesus. sequebatur eum. & discipuli eius.

130
Et ecce mulier que sanguinis fluxum patie
batur duodecim annis accessit retro. &
tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat
enim intra se. Si tetigero uestimentum eius
tantum. salua ero. At ihesus conuersus.
uidens eam dixit. Confide filia. fides
tua te saluam fecit. Et sana facta est mu
lier. & illa hora. Feria quarta.
In illo tempore. Secundum marcum.
Interrogauit. dominus ihesus unus de scribis. quod
esset primum omnium mandatum. Ihesus
autem respondit ei. quia primum omnium
mandatum est. Audi israel. dominus deus tuus
unus est. Et diliges dominum deum tuum
ex toto corde tuo. & ex tota anima tua.
& ex tota mente tua. & ex tota uirtute
tua. Hoc primum mandatum est. Se
cundum autem simile est huic. Diliges
primum tuum. tamquam teipsum.
Maius hec. aliud mandatum non est.
Et ait illi scriba. Bene magister. in ueritate
dixisti. quia unum est. & non est aliud
preter eum. Et ut diligatur ex toto corde.
& ex toto intellectu. & ex tota anima.
& ex tota fortitudine. Et diligere pro

3
ximum tamquam seipsum. maius est
omnibus holocaustis & sacrificiis.
Iste autem uidentis quod sapienter respondisset
dixit illi. Non es longe a regno di-
ni in illo tempore. *Ita v. Sedm mar.*
Venit dominus in patriam suam. cum
& sequebantur eum discipuli eius. Et facta
sabbato cepit in sinagogam docere.
Et multi audientes ammirabant in doc-
trina eius dicentes. Unde huic hec
omnia. & que est sapientia que data est
ei. & uirtutes tales que per manus eius
efficiuntur. Nonne iste est fabri filius
& marie. frater iacobi & ioseph. & iude
& symonis. Nonne & sorores eius hic
nobiscum sunt. Et scandalizabantur
in illo. Et dicebat eis ihesus. Quia non est pro-
pheta sine honore nisi in patria sua
& in cognatione sua. & in domo sua.
Et non poterat ibi uirtutem ullam facere.
nisi paucos infirmos impositis manibus
curauit. Et mirabatur propter incre-
dultatem illorum.



101
in kalendas decembris
vigilia sancti Andree
apostoli. *Sedm*
IOHANNEM
in illo tempore
tabat iohannes
& ex discipulis eius duo.
Et respiciens iherosolimam
bulantem. dicit. Ecce
agnus dei. Et audierunt
cum duo discipuli loquen-
tem. & secuti sunt eum. Conuersus autem ihesus
& uidentis eos sequentes se. dicit eis. Que
queritis. Qui dixerunt ei. Rabbi quod
dicitur interpretatum magister. ubi
habitas. Dicit eis. Venite & uide.
Venerunt & uiderunt ubi manere. Et
apud eum manserunt die illo. Hora
autem erat quasi decima. Erat autem
andreas frater symonis petri. unus ex
duobus qui audierant ab iohanne. &
secuti fuerant eum. Inuenit hic pri-
mum fratrem suum symonem. & dicit
ei. Inuenimus messiam. quod est inter-
pretatum christus. Et adduxit eum ad iherosolimam.

Intuitus autē eum ihc. dixit. Tu es symon
filius iohanna. tu uocaberis cephas qd in
terpretatur petrus. In crastinum uoluit
exire in galileam. & inuenit philippum.
Dicit ei ihc. Sequere me. Erat autē
philippus a bethsaida. ciuitate andree
& petri. Inuenit philippus nathanael.
& dicit ei. Quem scripsit moyses in lege
& pphete. inuenim⁹ ihm filium ioseph
a nazareth. Dicit ei nathanael. A naza
reth potest aliquis boni esse. Dicit ei phi
lippus. Veni & uide. Vidit ihc
nathanael uenientē ad se. & dicit de
eo. Ecce uere israhelita. in quo dolus n̄
est. Dicit ei nathanael. Unde me
nolisti. Respondit ihc. & dixit ei. Prius
quam te philippus uocare. cum es sub
ficu. uidi te. Respondit ei nathanael. &
ait. Rabbi. tu es filius di. tu es rex isrl.
Respondit ihc. & dixit ei. Quia dixisti
uidi te sub ficu. credis. maius his uide
bis. Dicit ei. Amen amen dico uobis.
uidebitis celum apertum. & angelos di
ascendentes. & descendentes. supra filium
hominis.

132
IN DIE AD MISSUM.
Secundum mattheum.
In illo tēpore.
ambulans domin⁹ ihesus
iuxta mare galilee.
uidit duos fratres
symonē q̄ uocatur
petrus & andream
fratrem eius. mittentes rete in mare.
Urant enim piscatores. & ait illis. Venite
post me. & faciam uos fieri pesca
tores hominum. At illi continuo re
lictis retibus. secuti sunt eum. Et pro
cedens inde. uidit alios duos fratres.
iacobum zebedei & iohannē fratrem
eius in nau. cum zebedeo patre eorū.
reficientes retia sua. & uocauit eos.
Illi autē statim relictis retibus. & patre.
secuti sunt eum. In conuersione sc̄i
pauli. Secundum mattheum.
In illo tempore. Dixit symon petrus
ad dñm ihm. Ecce nos reliquim⁹ omnia.
& secuti sumus te. Quis ergo erit nobis.
Ihc autē dixit eis. Amen dico uobis. qd
uos qui secuti estis me. in regeneratione

3
cum sederit filius hominis in sede maie-
statis sue. sedebitis & uos sup sedes duode-
cim. iudicantes duodecim tribus israhel.
Omnis qui reliquit domum. uel fratres.
aut sorores. aut patrem aut matrem. aut
uxorem aut filios. aut agros. propi nom-
meum. centuplum accipiet. & uitam eter-
nam possidebit. Purificatio scē si uen-

triciū. M A R I E.

Scdm Lucam.

In illo t e o p o r e

ostquam impleti sunt

diei purgationis marie.

Scdm legem moysi. tulit

dominum ihm. in ierusalem. ut sifteret
eum dno. sicut scriptum est in lege
dni. Quia omne masculinum adape-
riens uulnam. sanctum dno uocabit.
Et darent hostiam scdm quod dictū
est in lege dni. par turturum aut duos
pullos columbarum. Et ecce homo erat.
in ierusalem cui nom symeon. & homo
iste iustus & timoratus. expectans con-
solationē isrl. Et sps scs erat in eo.
Et responsum accepit a spū scō. non

122
uisurum se mortem se mortem. n prius
uidere xpm domini. Et uenit in spū
in templum. Et cum inducerent puerū
ihm parentes eius. ut facerent scdm con-
suetudinē legis pro eo. & ipse accepit eū
in uulnā suā. & benedixit dno & dixit.
Nunc dimittis seruum tuum dno. scdm
uerbum tuum in pace. Quia uiderunt
oculi mei salutare tuum. quod para-
sti ante faciem omniū populorum. Lu-
men ad reuelationē genium. & glam
plebis tue israhel. Cathedra scī petri
principis apōtum.

Scdm matheo.

In illo tempore

erit dñs ihesus in

partes cesaree philippi.

& interrogabit discipulos

suos dicens. Quem dicit

homines esse filium

hominis. At illi dixerunt. Ali iohan-
nem baptistam. aut aut heliam. Ali
uero iheremiam. aut unum ex pphetis.
Dicit eis ihc. Vos aut quem me esse
dicitis. Respondens symon petrus dixit.

3
Tu es xpc filius di uiui Respondens autē
ihc dixit ei. Beatus es symon bariona. quā
caro & sanguis n̄ reuelauit tibi. sed pater
meus qui est in celis. Et ego dico tibi. quia
tu es petrus & sup hanc petram edificabo
eccliam meam. Et porte inferi n̄ preuale-
bunt aduersus eam. Et tibi dabo clauē
regni celorum. Et quodcumq; ligaueris
sup terram. erit ligatum in celis. Et qd
cumq; solueris sup terram. erit solutum
in celis. *ut. h. ap. l. Anthonio dñna.*
n illo tempore. *Sedm. lucam.*

Missus est angelus gabriel adō in ciuita-
tem galilee cui nomē nazare. Requirere

Supra. in aduentu dñi. iiii. feria tertię
ebdomadę. philippi & iacobi ap. l. o.
n illo tempore. *Sedm. iohannem.*

Dixit dñs ihc discipulis suis. Non tur-
betur cor ur̄m. Creditis in dñm. & in me
credite. In domo patris mei. mansiones
matre sunt. Si quominus dixissen uobis.
quia uado parare uobis locum. Et si abie-
ro & preparauero uobis locum. iterum
uenio. & accipiam uos ad meipsum. ut
ubi sum ego & uos sitis. Et quo ego uado.

104
scitis & uiam scitis. Dicit ei thomas. Dñe.
nescimus quo uadis. Et quomodo possum
uiam scire. Dicit ei ihc. Ego sum uia &
ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem. n̄
per me. Si cognouissetis me. & patrem
meum utiq; cognouissetis. Et a modo cog-
nosceris eum. & uidistis eum. Dicit ei phi-
lippus. Dñe. ostende nobis patrem. & suf-
ficit nobis. Dicit ei ihc. Tanto tempore
uobiscum sum. & n̄ cognouistis me. Phi-
lippe. qui uide me. uide & patrem.

Quomodo tu dicis. ostende nobis patrem.

Non credis quia ego in patre. & pater in
me est. Verba que ego loquor uobis.
a me ipso n̄ loquor. Pater autē in me ma-
nent. ipse facit opera. Non creditis quia
ego in patre. & pater in me est. Alioquin.
propter opera ipsa credite. Amen amen.
dico uobis. qui credit in me. opera que
ego facio & ipse faciet. Et maiora horum
faciet. quia ego ad patrem uado. Et qd
cumq; petieritis in nomine meo. hoc fa-
ciam.

In illis diebus. *ut. h. ap. l. Anthonio dñna.*
n illo tempore. Erat homo ex pharise
u nichodemus nomine. In oct. Pentecosten.
Reqre.

In uita dei iohanni baptis-
ta. In uita dei euanglii secundum lucam.
uit in diebus herodis regis iudee sacerdos
quidam nomine zacharias. uxorque eius
uxor illi de filiabus aaron. & nomen eius
elisabeth. Erant autem iusti ambo ante deum
incedentes in omnibus mandatis & iusti-
ficationibus domini sine querela. & non
erat illis filius. eo quod esset elisabeth steri-
lis. & ambo processissent in diebus suis.
Factum est autem cum sacerdotio fungere-
tur zacharias in ordine uicis sue ante
deum. secundum consuetudinem sacerdotum
forte exiit ut incensum poneret ingressus
in templum domini. & omnis multitudo populi
erat orans foris. hora incensi. Apparuit
autem illi angelus domini. stans a dextris al-
taris incensi. Et zacharias turbatus est
uidens. & timor irruit super eum. ait autem
ad illum angelus. Ne timeas zacharia.
quia exaudita est deprecatio tua. & uxor
tua elisabeth pariet tibi filium. & no-
cabis nomen eius iohannem. & erit tibi
gaudium. & exultatio. & multi in na-
tuitate eius gaudebunt. Erat enim

125
magnus coram domino. & uinum & siceram
non bibat. & spiritu sancto replebitur ad
huc ex utero matris sue. & multos filios
israhel conuertet ad dominum deum ipsorum. & ipse
precedet ante illum in spiritu & uirtute
helie. ut conuertat corda patrum in
filios. & incredibiles ad prudentiam iustorum.
Parare domino plebem perfectam. in uano
nullo tempore. Secundum lucam.
Dixit zacharias ad angelum. Unde
hoc sciam. Ego enim sum senex. & uxor
mea processit in diebus suis. Respondens
angelus. dixit ei. Ego sum gabriel qui
asto ante deum. & missus sum ad te. hec
tibi euangelizare. & ecce eris tacens. &
non poteris loqui. usque in diem quo hec fi-
ant. pro eo quod non credidisti uerbis
meis. que implebuntur in tempore suo.
Et erat plebs expectans zachariam. & mira-
bantur quod tardaret ipse in templo.
Et ipse erat inuocans illis. & permansit mutus.
Et factum est ut impleri sunt dies officii
eius. abiit in domum suam. Post hos
autem dies concepit elisabeth uxor eius.
& occultabat se mensibus quinque di-

3
cent. Quia sic fecit in dominus in diebus
quibus respexit auferre opprobrium meum
inter homines. In die ad missam.

Secundum lucam.

In illo tempore.



Iusaberb impletum est
tempus pariendi & pe-
perit filium. & auerit
uicini & cognati eius
quia magnificenti dñs
miscram suam cum illa & congratu-
labantur ei. & factum est in die oc-
tavo uenerunt circumcidere puerum
& uocabant eum nomine patris sui
zachariam. Respondens mat̄ eius di-
xit. Nequaquam sed uocabitur io-
hannes. Et dixerunt ad illam. Quia
nemo est in cognatione tua qui uo-
cetur hoc nomine. Innuebant autē
patri eius quem uelle uocari eum.
& postulans pugillarem scripsit dicens.
Iohannes est nom̄ eius. & mirati sunt
uniuersi. Aprum est autē ilico os eius
& lingua eius & loquebatur benedi-
cent dñm. & factus est timor sup om̄s

126
uicinos eorum & sup omnia montana
iudee diuulgabantur omnia uerba hec.

Et posuerunt om̄s qui audierunt in corde
suo dicentes. Quid putas puer iste erit.

Et enim manus domini erat cum illo. &
zacharias pater eius repletus est sp̄u sc̄o
& pphetauit dicens. Benedictus dominus
dñs isrl̄ quia uisitauit & fecit redemp-
tionē plebis sue. In montana ap̄tozum.

In illo tempore petri & pauli. Sed in.

Dixit dñs ih̄c petro. Symon iohann̄s
iohann̄s diligis me plus his. Dicit ei.

Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei.
Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Sy-
mon iohann̄s diligis me. Ait illi. Etia
domine tu scis quia amo te. Dicit ei.

Pasce oues meas. Dicit ei tercio. Symon
iohann̄s amas me.

Contristatus est
petrus quia dixit ei tercio amas me.

& dicit ei. Dñe tu omnia scis tu scis
quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos me-
os. A menam dico tibi cum es es funi-

or cingebas te & ambulabas ubi uole-
bas. Cum autem senueris extendes ma-

nus tuas & alius te cinget & ducet q̄

3
tu non uis. Hoc autem dixit. significans
qua morte clarificaturus esse dñm. in die
n illo tempore. Sedm matheum.
Venit dñs in partes cesaree philippi.
Requiere supra in cathedra ipsius. Ce-
lebratio uerū scī pauli. Sedm matheum.
n illo tempore. Dixit symon petrus ad dñm.
Requiere in conuersione eius. Supra.
In octauis ap̄torum sedm matheum.
n illo tempore. Iussit dominus ihesus
discipulos suos ascendere in nauiculam.
& precedere eum trans fretum. donec
dimittere turbas. & dimissa turba ascen-
dit in montem solus orare. Vespere autē
facto. solus erat ibi. Nauicula autem
in medio mari iactabatur fluctibus. Erat
autem uentus contrarius. Quarta autē
uigilia noctis. uenit ad eos ambulans
supra mare. & uidentes eum supra ma-
re ambulantem. turbati sunt dicentes.
quia fantasma est. & pre timore clama-
uerunt. Statimq; ihesus locutus est eis di-
cens. Habete fiduciam. ego sum. nolite
timere. Respondens autem petrus dixit.
Domine. si tu es iube me uenire ad te.

107
sup aquas. At ipse ait. Veni & de-
scendens petrus de nauicula ambula-
bat sup aquas. ut ueniret ad ihesum.
Uidens uero uentum ualidum. timuit.
& cum cepisset mergi. clamauit dicens.
Domine. saluum me fac. Et continuo
ihesus extendens manum apprehendit eum.
& ait illi. Modice fidei. quare dubitasti.
Et cum ascendisset in nauiculam. cessauit
uentus. Qui autem in nauicula erant.
uenerunt & adorauerunt eum dicen-
tes. Vere. filius dei es. iacobi ap̄ti.
n illo tempore. Sedm matheum.
Accesserunt ad dñm ihm iacobus &
iohannes filii zebedi. dicentes. Magister.
uolumus ut quodcumq; petierimus fa-
cias nobis. At ille dixit eis. Quid uultis
uultis ut faciam uobis. & dixerunt.
Da nobis ut unus ad dexteram tuam.
& alius ad sinistram tuam sedeamus in
glā tua. Ihesus autem ait illis. Nescitis qd
petatis. Potestis bibere calicem quem
ego bibo. aut baptismo quo ego bap-
tizor baptizari. At illi dixerunt. Possumus.
Ihesus autem ait illis. Calicem quidem

3
quem ego bibo bibetis & baptismo quo
ego baptizor baptizabimini sedere aut
ad dexteram meam uel sinistram non
est meum dare uobis sed quibus para-
tum est. & audientes decem & septem
indignari de iacobo & iohanne. Ihesus
autem uocauit eos & ait illis. Scitis
quia hi qui uidentur principari gen-
tibus dominantur eis & principes eorum
potestatem habent ipsorum. Non ita autem
est inter uos. Sed quicumque uoluerit fieri
maior erit uester minister. & qui-
cumque uoluerit in uobis primus esse
erit omnium seruus. Nam & filii ho-
minis non ueniunt ut ministrarentur ei sed
ut ministrare. & dare animam suam
redemptionem pro multis in narate

In narate
beati. I. A. N. R. C. N. T. I.
Secundum iohannem.
In illo tempore
dixit ihesus discipulis
si granum frumenti ca-
dat in terram & non fuerit
ipsium solum manet
si aut prostratum fuerit

108
mutuum fructum affert. Qui amat ani-
mam suam perdet eam. & qui perdit
animam suam in hoc mundo in uitam
eternam custodit eam. Siquis michi
ministrat me sequatur. & uos si uos
ego illic & minister meus erit. Siquis
michi ministrauerit honorificabit eum.
pater meus in uigilia sedet a dextera
in illo tempore. Secundum lucam.
Loquente ihesu ad turbas extollens
uocem quedam mulier de turba dixit
illi. Beatus uenter qui te portauit &
ubera que fixisti. At ille dixit. Quin-
immo beati qui audiunt uerbum dei
& custodiunt illud. In assumptione

In assumptione
beate genitricis marie
Secundum lucam.
In illo tempo re-
pleta est spiritu sancto
elisabeth & exclamauit
uocem magna & dixit
mariam benedicta tu
inter mulieres & benedictus
fructus uentris tui.
Et unde hoc michi

ut ueniat mater domini mei ad me.
Ecce enim ut facta est uox saluationis
tue in auribus meis exultauit in gau-
dio infans in utero meo. Et beata que
credidit quoniam perficeretur ea que dicta
sunt ei a domino. Et ait maria Magni-
ficat anima mea dominum. Et exultauit spiritus
meus in domino salutari meo. In uocatus
n illo tempore. *Secundum Lucam.*

Intrauit et hec in quoddam castellum.
Et mulier quedam martha nomine exce-
pit illum in domum suam. Et huic erat
soror nomine maria. Que etiam sedens
secus pedes domini audiebat uerbum
illius. Martha autem satagebat circa fre-
quent ministerium. Que stetit et ait.
Domine non est tibi cure quod soror mea
reliquit me solam ministrare. Dic et
ego illi ut me adiuuet. Respondens
dixit illi dominus. Martha martha sol-
licita es et turbaris erga plurima. Porro
unum est necessarium. Maria optima
partem elegit que non auferetur ab ea.

In illo tempore. *Secundum Mattheum.*

139
Igitur herodes et tenuit iohannem et uin-
xit eum in carcerem propter herodiadem
uxorem philippi fratris sui quia duxe-
rat eam. Dicebat enim iohannes hero-
di. Non licet tibi habere uxorem fratris
tui. Herodias autem insidiabatur ei
et uolebat occidere eum nec poterat.
Herodes uero metuebat iohannem sciens
eum uirum iustum et sanctum et obser-
uabat eum. Et audito eo multa faciebat
et libenter eum audiebat. Et cum dies
oportunitus accidisset herodes natalis
sui cenam fecit principibus et tribunis
et primis galilee. Cumque introisset filia
ipsius herodiadis et saltasse et placuisse
herodi simulque recumbentibus rex ait
puelle. Petite a me quod uis et dabo tibi.
Et iurauit illi quia quicquid petieris da-
bo tibi licet dimidium regni mei. Que
cum exisset dixit matri sue. Ad petiam
Et illa dixit. Caput iohannis baptiste.
Et contristatus est rex propter iusiurandum
et propter simul recumbentes noluit
eam contristare sed misso spicatore
precepit afferri caput eius in disco. Et

3
decollauit. cum in carcere. & attulit
caput eius in disco. & dedit illud puellae.
& puella dedit matri suae. Quo audito
discipuli eius. uenerunt. & tulerunt
corpus eius. & posuerunt illud in
monumento. In uirtute uero marie
liber generationis secundum mattheum.
Ihu xpi filii dauid. filii abraham.
Requie super in nocte natalis domini.

In exaltatione sanctae crucis secundum iohannem
In illo tempore. Dixit dominus ihesus turbis iherusalem.
Ego si exaltatus fuero a terra. omnia
traham ad meipsum. Hoc autem dicebat.
significans qua morte esset moriturus.

Respondit ei turba. Nos audiuimus &
lege. quia christus manet in aeternum. &
quomodo tu dicis oportere exaltari filium
hominis. Quis est iste filius hominis.

Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicum
lumen in uobis est. Ambulate dum lucem
habetis. ut non tenebrae uos comprehendant.
Qui ambulat in tenebris. nescit quo
uadat. Dum lucem habetis. credite in
lucem. ut filii lucis sitis.

Secundum mattheum apostolum. Secundum marcum.

140
In illo tempore. Cum praeteriret dominus
ihesus. uidit leui. alphi sedentem ad the
loneum. & ait illi. Sequere me. & sur
gens. secutus est eum. & factum est dum
accumberet in domo illius. multi pu
blicani & peccatores simul discumbe
bant cum ihesu. & discipulis eius. Erant
enim multi. qui sequebantur eum.

Uersus pharisei & uidentes. quia man
ducatae cum publicanis. & peccatoribus.
dicebant discipulis eius. Quare cum
publicanis & peccatoribus manducat.
& bibit. Hoc audito ihesus. ait illis.

Non necesse habent sani medico. sed qui
male habent. Non enim ueni uocare
iustos. sed peccatores. in die ad iudicium.
In illo tempore. Secundum mattheum.

Cum transiret dominus ihesus. uidit
hominem sedentem in theloneo. mathe
um nomine. & ait illi. Sequere me.

Uersus surgens. secutus est eum. & factum est
discumbente eo in domo. ecce multi
publicani & peccatores uenientes dis
cumbabant cum ihesu. & discipulis eius.

Uidentes pharisei. dicebant discipulis

quia uirtus de illo exibat & sanabat
om̄s. & ipse Eleuatis oculis in discipu
los suos dicebat. Beati pauperes quoni
am ur̄m est regnum di. Beati qui nunc
esuriis. quia saturabimini. Beati qui
nunc fletis. quia ridebitis. Beati eritis
cum uos oderint homines & cum sepa
rauerint uos & exprobrauerint & eiece
rint nom̄ ur̄m tamquam malum p̄pi
filium hominis. Gaudete in illa die
& exultate. Ecce enim merces ur̄a mul
ta est in celo. In souempitate om̄i

Quoniam sancti uirum
Secundum Mattheum.
In illo tempore
id est d. ih̄s uirbas
ascendit in monte.
Et cum sedisset
accesserunt ad eum

discipuli eius. & quia d. ih̄s dicebat eos
Beati pauperes sp̄i. qm̄ ipsorum est reg^{di}
num celorum. Beati mites. qm̄ ipsi^{ce}
possidebunt terram. Beati qui lugent.^{nt}
qm̄ ipsi consolabuntur. Beati q̄ esuri
unt & sitiunt iusticiā. qm̄ ipsi satura

142
buntur. Beati misericordes. qm̄ ipsi mi
sericordiam consequentur. Beati nun
do corde. qm̄ ipsi deum uidebunt.
Beati pacifici. qm̄ filii di uocabuntur.
Beati qui persecutionē patiuntur p̄pi
iusticiam. qm̄ ipsorum est regnum ce
lorum. Beati estis cum maledixerint
uobis homines & p̄secuti uos fuerint
& dixerint omne malum aduersum
uos mentientes. propter me. Gaude
te & exultate. qm̄ merces ur̄a copiosa
est in celis.

3
Incipit euangelium in angustis sine
titulis aplos legendi. Sedm iohanne
n illo tempore. Dixit dñs discipulis suis.
Ego sum uitis uera & pater noster
agricola est. Omne palmitē
in me non facientem fructū
cum & omne qui fert fructū
in me purgabit. cū ut fructū
afferat. Iam uos mundi estis. propt̄ sc̄i in
monē quem locutus sum uobis. Mane
te in me & ego in uobis. Sicut palmet
n̄ potest ferre fructum a semetipso n̄
manserit in uite. sic nec uos n̄ in me
manseritis. Ego sum uitis. uos palmetes.
Qui manet in me & ego in eo. hic fert
fructum multum. quia sine me nichil
potestis facere. Siquis in me n̄ manserit.
mittetur foras sicut palmet & are
scet & colligent eum & in ignē mittēt
& ardeat. Si manseritis in me & uerba
mea in uobis manserint. quodcumq;
uolueritis petētis & fiet uobis. In hoc
clarificatus est pater meus. ut fructū
plurimum afferatis & efficiamini mei
discipuli. Sicut dilexit me pater &

143
ego dilexi uos. Manete in dilectione mea.
Si precepta mea seruaueritis manebitis
in dilectione mea. sicut & ego precepta
patris mei seruauit & maneo in eius di
lectione. Hec locutus sum uobis. ut
gaudium meum in uobis sit. & gaudi
um ur̄m impleatur. Sedm lucam
n illo tempore. Facta est cōtentio int̄
discipulos dñi ihu. quis eorum uideret̄
esse maior. Dixit autē eis. Reges gen
tium dominantur eorū. & qui pote
statem habent sup eorū benefici uocan
tur. Vos autē n̄ sic. Sed qui maior est
in uobis. fiat sicut uinior. & qui pre
cessor est. sicut ministrator. Nam q̄s
maior est. qui recumbit. an qui mini
strat. Nonne qui recumbit. Ego autē
in medio ur̄m sum. sicut qui mini
strat. Vos autē estis. qui p̄mansistis
mecum in temptationib; meis. & ego
dispono uobis. sicut disposuit michi
pater meus regnum. ut edatis & biba
tis sup m̄sam meam in regno meo. &
sedeat̄ sup thronos iudicantes duo
decim tribus isrl. Secundum

3
n illo tempore. Dixit dñs ad discipulos
Ecce ego mitto uos sicut oues in lupos
terre ergo prudens sicut serpentes &
simplices sicut columbe. Cauete aut ab
hominibus. Gradent enim uos in conciliis
& in synagogis suis flagellabunt uos
Ad reges & presides ducemini propter me
in testimonium illis & gentibus. Cui aut
tradent uos nolite cogitare quomodo aut
quid loquamini. Dabitur enim uobis
in illa hora quid loquamini. Non enim
uos estis qui loquimini sed sp̄s patris
uestri qui loquitur in uobis. Tradet aut
frater fratrem in morte & pater filium.
Insurgent filii in parentes & morte
eos afficient. Eritis odio omnibus propter
nomen meum. Qui aut perseuerauerit usque
in finem hic saluus erit.

In illo tempore. Secūdm̄ iohannem.
Dixit dñs discipulis suis. Hoc est pre
ceptum meum ut diligatis inuicem sicut
dilexi uos. Maiorem hac dilectionem
nemo habet ut animam suam quis
ponat pro amicis suis. Vos amici
mei estis si feceritis que ego precipio

164
